DE ARTHRITIDE LIBER VNVS.

AVCTORE


Io: Thoma Minadoo Rhodigino
Matutinæ Practicæ.

*In Gymnasio Patauino Professore
In Primo Loco.*

AD ANTONIVM PATREM,
ET IO: MARTINVM FILIVM,
Marchesios Vtinenses.



PATAVII, Apud Franciscum Bolzettam. M. D C. I I.
Ex Typographia Laurentij Pasquati.



VIRIS PERILLVSTRIBVS ANTONIO PATRI, ET IO: MARTINO FILIO Marchesiis, Vtinensibus,



Io: Thomas Minadous Rodiginus.
S. P. D.



T hunc de Arthritide librum & componerem, & ederem per multæ me impulerunt caussæ, quas hoc loco recensere importunum esset; Vt vero illum dicarem Vobis (Antoni Pater, & Io. Martine Fili Marcesii) duæ in primis effecerunt. Prior mea erga s neq; recens, neq; pusilla beneuolentia: Ingen-

tia veſtrorum erga me merita: Vtriusq; veſtrùm animi magnanimitas: Vtriusq; ad immortalitatem, & ad nominis perpetuitatem connata propenſio. Secunda vero vtriusq; pariter veſtrùm aduerſa corporis valetudo. Cum enim ambo alioquin integra valetudine vtentes, arthritide interdum laboretis, non poteram aliquem deligere, cui hæc mea ſcripta videri poſſent vel vtiliora, vel iucundiora, quàm vos ipſos, qui & remedia, & opem aduerſus huius morbi ſæuitiam, ſæpe à me efflagitaſtis. Itaq; id Vobiscum agam quod Demetrius Popagomenus cum ſuo Imperatore egit. Vt enim ille iuſſu ſui Principis libellum illum de Arthritide, qua laborabat Imperator, ſub illius auſpiciis euulgauit: Sic ego ſi non pro iuſſu veſtro: at ſaltem pro veſtra vtilitate, ad diuulgandum hunc meum librum ſub Præclariſſimo nomine veſtro ſum incitatis. Extabunt (ſcio) maleuoli, & loquaciſſimi homines, qui factum hoc meum, qui meam hanc doctrinam reprehendent, cum quia ho adeo antiquum eſt, vt nullum vnquam ſcriptioni genus mordacitatem effugere potuerit: tum quia ego multos ſemper habui, & publicos, & priuatos meorum operum inſectatores, & etiam accuſato

res

*s. Sed profectò: Illos(dummodo meus hic labor
bis & placeat,& ex vſu ſit) nihil magis,quàm
l Hippoliti,uel Bellorophontis fabulas pertime-
. Vos interim (Viri ampliſſimi) quibus Cælum
ultis nominibus vndique benignum aſpirat : qui
opriis meritis: qui ſuauiſſimis moribus: qui affi
um , ac conſanguineorum ſplendore : qui maio-
m ſtematibus : qui opum immenſitate : qui om-
um hominum beneuolentia præſenti ſeculo eſtis
n modo inſignes,verum etiam admirabiles,dum
tam curatis ducere,vt corpore, ſic animo quam
nime fieri poſſit incommodam,& inculpabilem,
me(quemadmodum facitis)tanquam veſtri ad
ctiſſimum, & veſtri nominis obſeruantiſſimum
are non grauemini : Id etenim mihi ſemper in
tis & fuit,& erit: atq; ea, qua vos ſemper be-
uolentia , & obſeruantia ubiq; ſum proſecutus
lla ratione uidetur indignum.*

Patauij Non.Octob. M.DCII.



Index



INDEX CAPITVM

Totius Operis.

Ropositio dicendorum Cap.
De Nomine Arthritidis. Cap.
De Genere Legitimæ Arthritidis. Cap.
Quid Articuli nomine audiendum sit. c.
Proponuntur dubitationes quædam cap.
De Caussis Arthritidis. cap.
A quo humore Arthritica fluxio fiat. cap.
Num caussa Arthritidis semper maligna sit. cap.
De modo Generationis Arthritidis. cap.
De spatijs, per quæ fluxio Arthritica intestina petit. cap. 1
De termino, ad quem peruenit fluxio: seu de locis articulorum qui afficiantur. cap. 1
De Dolore, & Difficili motu in Arthritide. cap. 1
Varia problemata ad Arthritidis generationem pertinentia. cap. 1
Quomodo moueatur fluxio Arthritica irruendo ne, an sensim. cap. 1
Colligitur Definitio Arthritidis. cap. x
De Caussis Mediatis. cap. 1
De Arthritidis Differentijs. cap. 1
De signis Arthritidis in genere. cap. 1

De

e Prognosticis in Arthritide. cap. 19.
e Methodo curatiua Arthritidis. cap. 20.
e Anodynis, Anodynorumq; materijs. cap 21.
e Sanantibus. cap. 22
e Chirurgicis materiis: & primo de Chirurgica materia ratione totius. cap. 23.
lateriæ remediorum pharmaceuticæ ratione totius, quæ sanantes dicuntur. cap. 24.
e Præparantibus. cap. 25.
e Anadynorum materijs; & primo de Anodynorum proprie dictorum materijs, cap. 26
e repellentibus. cap. 27.
e Digerentibus. cap. 28.
e Hyrudinibus. cap. 29.
e Cucurbitulis. cap. 30.
ænigmi, & Dropaces. cap 31.
strema curatio. cap 32.
uratio Arthritidis extra vexationem. cap. 33.



Opus iſtud Medicinæ Excellentisſimi atq; præclarisſimi Medici D. Ioan
Thomæ Minadoi nihil continet quod aut ſit contra fidem , aut quod bonos mo
corrumpere posſit,immo maxima doctrina,elegantia ac eruditione refertum e
quod opus diligenter perlegi nõe & iuſſu Illuſtri ac R. D. Vicarij Generalis
piſcopatus Paduæ. Opus hĩ incipit de Arthride liber vnus, & deſinit ad D
Optimi Maximi gloriam finis.


Hieronymus Zacchus Archipresbyter Patauinus ac Sa
Theologiæ Magiſter.

Opus prędictum Excellentisſimi Medici D. Ioannis Thomæ Minadoi, comm
ſione noſtra viſum & diligenter perfectum ab Illuſtre & M.R.D. Hieronimo Z
co Archipreſ.Patauino & Sacræ Theologiæ Magiſtro,cùm nihil contineat, qu
aut Catholicę fidei,aut bonis moribus aduerſum , vt ex pręcedenti & vt rel
tione deprehendimus,concedimus,quod accedente conſenſu & beneplacito M.
Patris Inquiſitoris imprimi posſit.ex Curia Epiſcopale die xij. Septemb. 160

Camillus Peltrari Vic.Gen.

Fr.Magiſter Felix de Piſtorio Min.Con. Inquiſitor Generalis Paduę & Dioc
Paduanæ retroſcriptum opus medicinæ incip. & deſinẽn. vt ſupra & cartaru

Propositio dicendorum. CAP. I.



E Arthritide, Articulariue passio ne verba facturus, duo maxima, atq; in hoc toto argumento præcipua diligenter explicare contendam: Primum ad huiusce affectionis cognitionem pertinebit. Secundum ad illius curation[em] spectabit. Vtrumq; autem in duas particulas [d]iuidam. Cognitionem etenim, partim ijs comple[bo]r, quæ non modo ad vniuersalem, verum etiam [ad] specificam attinebunt: partim etiam ijs, quæ ad [pro]gnostica, exitumue distinguendum conducent. [Cu]rationem vero in methodum curatricẽ & in me[dic]am materiam distinguam: Atque, dedita opera, [præ]ficiam curatrici methodo prognostica, quod in[o]fficiosum intelligam de curandi ratione sermo[ne]m habere, antequam quid de morbi seu affectio[nis e]uentu sperandũ, metuendumue sit, innotescat.

De Nomine Arthritidis. CAP. II.

[Q]Voniam verò nomen Arthritidis non sine quadam obscuritate, ac ferè dixerim æquiuocatione accipi solet: præstare censeo, ante reli[qua] cum Galeno, de Arthritidis nomine non nihil [in] medium afferre, quanquam enim non obscurè do[ceat] Galenus Arthritim esse affectionem quandam, [qu]æ ab affecta parte nomẽ desumit, ita ut si affectio [o]mnibus, aut magnæ, boneq; articulorum par[ti o]ffensa sit; arthritis simpliciter vocari debeat: [i]ta scilicet generica denominatione ab articulo [g]enere, quem Græci ἄρθρον vocant: si verò seor- *Gal. lib. 2. meth. cap. 2.* *Gal. 3. aph. t. cap. 16.* *Gal. lib. 10. de comp. med. l. c. 2.*

A sum

ſum vel particulares quoſdam articulos detineat vel vnicum tantum ex illis occupet, cum ab illis, tum ab hoc nomen ſibi aſciſcat quam ob cauſſam, & go-nagra, & chiragra, & podagra, & alijs nominibus affecto articulo reſpondentibus vocari cœpit. Nihilominus tamen non deſunt in ipſo nomine, quod ad alias illius conditiones attinet, variæ perplexitates quas omninò exponere neceſſarium eſt, ſi modo expedita, atq; facilis euadere debet diſputatio, quæ nobis de illius eſſentia, curationeq; inſtituetur. Sunt enim qui quencunque articulorum dolorem, arthriticam paſſionem dicendam velint, cum etiam dolores articulorum ex vnica eorum intemperie, arthritim appellare non timeant. Quinimo exſtant alij qui dolorem articulorum ex flatibus oriundum arthritim legitima appellatione dicant: quos quidem ſingulos certe, antea, Galenum conſulere æquum erat. pernouiſſent etenim illum nullibi, ex propria ſententia, arthritim vocare indiſcriminatim quoſcunq; articulorum dolores, ſed illos in primis, qui ex materiæ humoroſæ excrementitiæq; maxime affluxu oriuntur. & Galeni ſententiæ conſentanea inuenire potuiſſent apud Paulum, apud Aetium, apud Auicennam. Galeni certe ea oratio eſt. Quas igitur articulorũ paſſiones in ſiccitatibus dixerit fieri, dignum eſt inquiſitione. Si enim immodicæ factæ conſumpſerint articulorum humiditatem, difficilem quendam motum ob ſiccitatem efficient, forte verò nonnunquam dolorem: eam verò paſſionem, quæ Arthritis nominatur, haud quaquam efficient. Niſi quiſpiam omnem articulorum dolorem ita velit nominare. Atqui ipſe (ſcilicet Hippocr.) in libro ſecundo Epidemiaru ita inquit. In Acno per famem qui leguminibus veſce-

Demetrius Pepagomenus libello de Podag. c. 4. apud Turnebũ.

Ambroſius Paræus li. 17. cap. 1. ſuę chirurgiæ.

Gal. l. x. de cõp. med. l. c. 2. & l. 6. aph. t. c. 28 & l. 3. aph. t. c. 16

Paul. l. 3. cap. 28 Aetius l. 12. c. 6. Auicenna 22. tertij tr. 2. cap. 5.

Gal. lib. 3. aph. t. c. 16.

, vescebantur infirma habebant crura: Et qui orobos comedebant, genuum dolores patiebantur. nō arthriticos, sed γουνα λγεῖς hoc est genua dolē es ipsos appellat. Ex quibus nemo nō intelligit Ga enum ex propria sententia minus probare eos, qui ocari arthriticam passionem censeant, dolores arti ulorum quoscunque, seu ex intemperie tantum: ed potius ad alios eam sententiam refferre. qui cla ssimè alibi arthriticam passionem ex particulæ im ecillitate cū humoris affluxu fieri notat. Illius siqui dem dictio ea est. Clarum autem & hoc in poda gricis manifestissime apparet, quod influente aliquo ad pedes humore superfluo, passio generatur. Si igitur neq; hic humor vnquam influxerit, liquet quod neq; vnquam accidet passio. Et lib. illo de comp. med. loc. hac oratione vtitur. Communem habent hi tres affectus humoris redundantiam, quæ affectam occupat articulationem. omitto, quæ Paulus, Aetiusq; scribunt, cū i Galeni ore prorsus loqui videantur. Quod verò on nihil afferre videtur difficultatis libentiùs affe m, vt eo explicato nominis quoq; explicatio expe ta magis appareat. Ac primum quidem illud est quod Galenus scribit. Quispiam verò fortasse di xerit non vnius articuli dolorem, sed multorum simul arthritim nominari, & iuxta hoc genua dolentes, nunquam arthriticos appellari. De morbo igitur, qui arthritis, idest articularis nomina r, &c. Ex quo Galeni loco, colligi videtur posse lorem quemcunque, qui vel omnes, vel plures si ul articulos obsideat, non procul abesse quin de at arthritis vocari; Et proinde quencunque dolo n ex intemperie, aut omnes, aut maximam arti lorum partem detinentem arthritim esse appellan

Gal. 6. aph. t. 28.

Gal. l. x. de cōp. m. l. cap. 2.

Gal. l. 3. aph. t. c. 16.

Auic.22 3.tr.2. cap. 5.

„ dum . Secundo facit dubium , quod Auicenna
„ ſcribit, materiam,& complexionem malam face
„ re arthritidem ; quo ex loco colligunt nonnulli,
ex vnica intemperie oriũdos articulares dolores, vo
cari poſſe arthritim. quinimo his forte argumentis

Ambroſ. Pareus l.17. cap.18.

permotus Ambroſius Pareus nõ abhorruit deſcribe
re arthritim ab intemperie tantum proficiſcentem;
talemq; articulorum dolorem appellare ſine vllo di
ſcrimine, ſine vlla exceptione arthritim. Nos verò
ad hęc ſingula reſpondeamus. Atque ad Galeni lo
cum quod attinet,cum non poſſit ille multis alijs il-
lius locis repugnare,exponi debet perinde atque,nõ
ex ſua,ſed ex aliorum hæſitatione potius ſit ſcriptus,

Gal.l.3. aph. t. c.16.

„ quod etenim ille ſcribit (Quiſpiam vero fortaſſe
„ dixerit)iam oſtendit non ex propria ſententia,ſed
ex aliorum potius opinione, per modum dubitatio-
nis eam perſcripſiſſe orationem. quanquam ad eam
partem, in qua ſcribit vnicum genuum dolorẽ haud
poſſe apte nomine arthritidis definiri, verum illum
dicere putemus,cum genuum dolor, licet ab humo-
rum affluxu factus, non certè arthritis in genere,ſed
ſeorſum,& in ſpecie gonagra & poſſit,& debeat nun
cupari. quem tamen dolorem ab vnica intemperie
genitum, proprie, neq; gonagram vocari poſſe iudi-
cauit Hippocrates: dico autem ab intemperie,quã-
doquidem rationi conſentaneum eſt propter orobi
ſeu erui continentem eſum reſiccata fuiſſe genua:&
propterea ob nimiam ſiccitatem, ob intemperiem
ſiccam,genuum dolorem permotum eſſe. quippe in
Aeno Thracię oppido alioquin frigido , eruum ſeu
orobum lædere propter nimiam ſiccitatem genua
facile fuit, cum orobum adeo ſiccitate præſtare cre
datur, vt neq; bobus etiam in alimentum porrigi ſo
leat, ſine magna præparatione quemadmodum no-

tauit

tauit aliquando Galenus. Iure igitur vnicum genuũ dolorem Hippocrates arthritim non vocauit, non modo quia ipsorum tantum genuum dolor arthritica passio in genere vocari nequit, vt notat Galenus; verum etiam quia dolor articulorum omniũ simul ex intemperie tantum prodiens, arthritis legitime nuncupari non potest: quod fuit in caussa quamobrem quibus alijs in locis apud Hippocratem mentio a de re habetur, nunquam illum genuum dolorem rthritim, sed simplicissime genuum dolorem dictiarit. quamquam enim importune, & indebite hæc adem sententia libro sexto, sectione quarta interosita legitur, ijsdem tamen verbis exposita est, neue vnquam arthritis, talis genuum dolor vocatur: uod sine dubio eodem in loco considerasset Galeus, si illius loci expositionem, quemadmodum tous libri perfecisset, non fecit autem expositionem d eum locum, propter eam fortè caussam, quia scicet importune ab alio in eum locum illam sentenam translatam intellexit; sic ergo satisfieri priori æsitationi potest. Ad secundam verò quod attiet, nemo adeo duræ ceruicis est, qui æquo animo uicennæ sententiam æstimans, non facile animad ertat, illud ab eo de arthritidis caussa pscribi, quod à Galeno scriptum est, & ex rei natura deduci facile potest. nimirum neq; solam materię redundanim, neq; solam articulorum intemperiem seorsũ fficere ad arthriticæ passionis generationem, sed o eodemq; actu cum intemperiem, tum materiã siderari, vt Auicennæ locus manifestissimè nobis, rei veritati faueat, potius, quàm vel ab ea vel à no s ne latum quidem vnguem recedat. Constans tur sit arthritim eam esse proprie appellandam, æ cum materię humorosæ excrementitiæ affluxu pro-

Gal. l. de alimẽt. facult. cap. 29.

Gal. 3. aphor. t. cap. 16.

Hipp. 6. epid. sect. 4.

producitur. Quid porrò de materia flatulenta dicemus? Dici ne arthritis quoq; etiam dolor potest, qui ex vnius materiæ flatulentæ affluxu fit? Extant sanè, qui id censeant. Nam Auicenna ab hac sententia nulla ratione abhorret, qui expresse scribit arthritim à flatu fieri, eiusq; signa & curationem ex consilio proponit. Et Auicennę aliqua ex parte consentiũt, quæ recentiores nonnulli de flatu quodam furioso scribunt, summa velocitate vniuersos corporis articulos, aliaq; loca peruadente. quanquam, ad eum affectum quod pertinet, censeam ego illũ multopere ab arthritide flatuosa distare, quemadmodum nos libro nostro, de Morbis in orbe Nouis, demonstraturi sumus. Nos verò ad Auicennam interim dicimus, vere posse arthritim à flatu generari, qui etiam experientia, vsuq; comprobauimus aliquãdo vagos articulorum dolores sine tumore, sine rubore, breuissimo temporis spatio perdurantes, & solis digerentibus seu discutientibus, aliquando vero sponte sine ope præsidiorum solutos. Veruntamen vt quãcunq; æquiuocationem nominum deuitemus, in primis vero vt quæ de arthritidis natura, atq; curatione dicturi sumus illustriora euadant, quancunq; de arthritide denominationẽ hoc pacto distinguimus. Arthritim duplicis esse ordinis, Priorem, quæ legitima, atq; propria arthritis est: secundam, quæ spuria, & notha. Illam cum priscis medicinæ scriptoribus non sine materiæ affluxu humorosæ excrementitiæ fieri: Hanc ex sola etiam intemperie articulorum: ex sola etiam materia flatulenta generari. Articulorum verò passiones ex vlcere, ex vulnere, ex contusione genitas, vel à quapiam alia simili caussa excitatas, minime dici arthritim, speciesue illius, nisi forte ex altero in alterum affectum fiat quædam veluti

meta-

Auic. 22. tertij tract. 2. cap. 6.

Marcell. Donat. pr. l. Hist. de Re Medica Mirabili cap. 6. & Albucasis l. 2. cap. 93.

De his duabus speciebus arthritidis loquitur Gale. l. 3. apho. t. c. vlt. vbi scribit fieri arthritim, aut ab humorum defluxu, aut ab articulorum frigiditate.

metastasis, seu permutatio. quod profecto factu esse acile: quin & frequenter euenire & nos quotidie vi lemus, & Trincauellius alioquin doctus, fidelisque criptor est auctor, & quanquam Alexander Trallia ius scribit arthritim à sola qualitate frigida vel sicca el calida fieri, si tamen bene quæ ille scribit ęstimē-ur inuenietur illum materiæ affluxum semper qua-tati coniungere. Quæ si bene circa nomen arthri-idis determinata sunt, iam nos admonent, vt vni-ersam hanc nostram tractationem in duas maxi-nas, amplissimasq; partes diuidamus. Et priorem ropria, legitimaq; arthritide, Secundam spuria no naq; complectamur, primum quidem incipientes prima, de cuius natura iam dicere ordior.

Victor Trincauellius l. 12. de cur. morb. part human. cap. I.

Alexand. Tral. l. II. cap. primo.

De Genere legitimæ Arthritidis. CAP. III.

DE legitimæ, germanæq; arthritidis genere non video tam expedite quidquam perscribi posse, uod hinc inde deductas intelligam varias scriben-ium opiniones. Sunt etenim qui censeant non alio enere posse arthritidem aptius definiri, quam gene tristis sensationis tensiuæ, seu doloris tendentis: nt etiam qui aliud genus opportunius excogitan-s in eam iuerunt sententiam, arthritim genere de-uxus, seu Reumatos, seu fluxionis esse comprehen-endam. Nos vero, qui harum sententiarum nullā ctandam putamus, aliam quoque de arthritidis ge ere doctrinam magis probare cogimur, & eam dif-icilis motus genere definiendam existimamus. Ne tem hęc potius ex voluntate, quam ex ratione pro erre videamur cominus rem totam agentes, seor-im primo singulas propositas opiniones examine-nus, primum de prima loquentes. Qua quidem in

Examinatur prior sententia de genere Arthritidis.

re

re illud primo difficultatem facit, quod triſtis ſenſa
tio tenſiua non ſit quid continuum, ſeu perpetuum
in arthritica paſſione, quamquam etenim quo affe
ctionis arthriticæ tempore malum ſæuit, ipſisq; om
nino in fluxionibus irruẽtibus (quemadmodum suo
loco cum Galeno dicemus) dolor, ipſaq; proinde tri
ſtis ſenſatio moleſta ſit, eoq; ipſo tempore non mo
do habere dolor videatur rationem ſymptomatis
verũ etiam, & multo magis rationem cauſſæ, quod
ſuo tempore demonſtraturi ſumus. & quamquam
eo ipſo tempore vitij illius, forte nõ eſſet vſque adeo
aut iniuſtum, aut abſurdum triſtis ſenſationis gene
re arthritim complecti: Nihilominus quoniam tan
dem hæc triſtis ſenſatio recedit, & nõ modo non ha
bet amplius rationem cauſſæ, ſed ne ſymptomatis
quidem caracteriſmum, aut veſtigium retinet, rema
net autem ſuperſtesq; eſt quidpiam in arthritica il
la paſſione, quod cum ingruentis, ſæuientisq; mali
tempore, tum ſedata iam affectus ferocia etiamnum
in arthritica paſſione moleſtum eſt, medicamq; opem
deſiderat ſatius, & conſultius mihi videtur, illo præ
termiſſo, de hoc potius, quàm de illo ipſo cogitare,
& non triſtis ſenſationis, ſed alterius cuiuſdam diſpo
ſitionis præter naturam genere hunc affectum defini
re. Cum igitur in arthritica paſſione, quæ habet ra
tionem ideamq; accidentis, genus formæ vim obti
neat: rei autem forma ſit rei, cuius forma eſt, & cõ
iuncta, & perpetua, & continua, non eſt de illius ge
nere loquendum, niſi illud illi perpetuum ſit: quam
conditionem cum reſpectu arthritidis non habeat
triſtis ſenſatio, quæ ceu quoddam accidẽs, arthritidi
modo adeſt, modo non adeſt, fit vt arthritidis ge
nus, ſeu idæa, ſeu eſſentia conſtitui non debeat. Po
ſet ſecundo loco ad huius, quod nos diximus exem

Gal. l.x. de cõp. med. loc. cap. 2.

plum,

lum, hac alia ratione eadem ſententia impugnari:
i triſtis ſenſatio tenſiua idæam, eſſentiamq; arthri-
idis conſtituit, ſequitur id abſurdi, quod germana
& legitima arthritis ſecundum aliquod ſui tempus
on ſit arthritis. Conſecutio hæc deducitur ex eo,
uod nemine reclamante arthritis in declinatione
cceſſionum particularium, & in intermedijs tempo
ibus caret eo dolore tenſiuo. quare & ſequetur aſ-
umptum arthritim cum medijs temporibus inter
cceſſiones conſtitutis, tum tempore declinationis
on eſſe amplius arthritim, ſed propriam naturam
mittere. quemadmodum autem hoc dici ſine erro
e non poteſt, ita ea quoq; ſententia ſine errore de-
endi nequit. Huic & ſimilis eſſet ea quoque dubi-
tio, qua abſurdum hoc ſequitur, quo, dat ea opi-
ione, arthritis declinationis tempus perdet, & hãc
auſſam inter alios morbos vnica arthritis tempore
eclinationis carebit, cum tamen morborum ſalu-
rium nullus ſuis careat temporibus. quod vero ta-
quoq; abſurdum eam opinionem cõſequatur, ex
robatis manifeſtum eſt: nam nemo eſt, qui neſciat
vniuerſali declinatione arthritidis, arthriticos nõ
onquæri amplius de dolore, ſed conquæri potius
e difficili motu. illi etenim ſi quieſcant, ſi decum-
ant, ſi non moueantur, neq; dolorem neq; tenſio-
em affectarum partium narrant, beneq; dormiunt,
omnino ſunt expertes doloris, cum tamen diffi-
lem habeant motum, & dolorem tantum ex mo-
(ſi modo dolorem ſentiunt) experiantur. Sed
rte tutabitur aliquis hanc ſententiam eo diuerticu
adhibito: definiri ſcilicet ab illius ſententię aucto
us quatenus arthritis pertinet ad ſymptoma dolo
ficum: ita enim conſueuerũt veteres arthritidis no
ine vulgariter doloroſam illã diſpoſitionẽ audire,

atqui si hoc fiat non reclamabimus: qui idem fieri e
posse non diffitemur. Quocirca iā secundā sententiā
expendamus. Profecto vnicum satis vt euidens, ita
quoq; efficax argumentum facit vt ab ea prorsus ab-
horream: atq; illud logico etiam & rationabili fun-
damento innititur. Non licere scilicet in accidentiū
definitionibus caussam effectricem agentem per trā-
mutationem & motum, assumere tanquam genus:
Nam (gratia exempli) si quis eclipsim definiturus,
loco generis assumeret interpositionem terræ, atq;
diceret eclipsis est interpositio terræ inter Solem, &
Lunam. iam hic assumens caussam effectricem loco
generis non traderet expetitam ex definitione ecli-
psis cognitionem. quod si econtra, hoc pacto defi-
niens, formam, seu idæam eclipsis, generis loco ac-
ciperet, interpositionem autem terræ loco effectri-
cis caussæ constitueret, iam hic absolutam, & opta-
tam cognitionem eclipsis assignaret, dicens eclipsis
est defectus luminis Solis in Luna, propter terræ in-
terpositionem. huius definitionis exemplo, videa
nouæ sententiæ auctor quantum in arthritidis defi-
„ nitione assignanda deficiat: Inquit, arthritim es-
„ se exuberantis recrementitiæq; materię, & flatus
defluxum. Defluxus materiæ recrementitiæ, & exu-
berantis à Galeno accipitur tanquam caussa efficiē
agens cum trasmutatione & motu ipsius arthritidis;
& hoc idem fit à Paulo, ab Aetio, ab Auicenna, ab
omnibus, quinimo ratione, & experientia verum
deprehenditur: Non est igitur quod rationem caus-
sæ effectricis habet, tamquam genus seu tamquam
forma idęaue rei definitę accipiēdum. Omitto quod
de flatibus mentio fit, dupplici (ni decipior) cum
errore, & quod scilicet in definitione veræ arthriti-
dis flatus accipiantur tamquam illius caussa, quod
tamen

Secunda senten tia de genere arthritis conside ratio.

Gal.x. de comp. med.l. cap.2.& l.6.aph.1.c.28.

tamen de vera arthritide nullibi à Galeno eſt nota-
tum; & quod flatus ipſi diſtinguantur à materia exu
perante, & excrementitia, perinde atq; flatus ipſi
haud habendi ſint genere materiæ: cum tamen ne-
mo non intelligat materiam, morbos facientem, mo
do humoroſam eſſe, modo flatulentam, modo alte-
rius generis, & omnino quidquid ab intemperie di-
uiſum eſt, materiæ rationem habere. Taceo nuga-
tiones varias, quæ ſine maximo definitionum vitio
committi non poſſunt. Et prætereo quod accipiat
ea definitio dolorem tanquam ſymptoma perpetuũ
& proximum, cum tamen res ſecus ſe habeat, quem
admodum ſupra dictum eſt. Quamobrem ad vtilio
ra me confero. Atq; illud in arthritide accipio tan-
quam conceſſum & euidentiſſimum, duo illi poſſe
haberi tanquam valde intima, ac ferè dixerim, eſſen
tialia. Primum motum difficilem: ſecundum ve-
ro tumorem. Sed ad tumorem quod attinet, neq; omnis arthritis, neq; omni tempore cũ tumore eſt,
nam etſi forte negare non poſſumus cuique arthriti-
di tumorem ſi non ſenſibiliter, ſaltem inſenſibiliter
coniungi, attamen quod ſpectari, & in hominũ con-
ſpectum venire non poteſt, non videtur anteferren-
dum ei, quod iugiter ſenſui ſubijcitur, cum affectuũ
genera maximè petantur ab euidentibus, & ab ijs
in primis, in quibus vis affectionis effulget. atque ſi
vnaquæq; interna paſſio, vnuſquisq; internus noſtri
corporis affectus quidpiam particulare obtineret,
quod extrinſecus ſe ipſum, ſuiq; idæam prodere in-
ſigniter poſſet, ſine dubio, magnam, bonamq; par-
tem formæ ſeu ideæ affectionis, illud obtineret. Quo
circa cum in arthritide tumor non ſemper adſit, vel
certe etiamſi adſit aliquando tamen ex vſu artis nõ
ſit, neq; euidens appareat, ſatius fortaſſe fuerit, tu-

Gal.l. de remedijs paratu facilibus.cap.23.

moris genere arthritim non definire; quocirca remanet difficilis motus, tanquam idæale, & formale, seu tanquam genus in arthritidis definitione accipiendum. Ac re vera difficilis motus ea videtur esse Idæa, illa forma, illa norma, cum qua genus arthritidis prescribi afferriq; debet: Cum etenim articuli (auctore Galeno) nihil aliud sint nisi ossium compositio, atq; coniunctio ad motus voluntarios instituti, dum de arthritide loquimur, necessario etiam de hac propria articulorum functione læsa sermonem habemus, itaut arthritim inuenire, cognoscere, definireue non possimus, sine illorum actionis læsione: neq; enim esset arthritis rebus præter naturam adnumeranda, si articulorum germanam propriãq; functionem non læderet. Ergo si arthritidis genus ex eo desumere sanum est, quod in ea affectione intimum, proximum, idæale, ac perpetuum agnoscitur, siq; non est iniquum aliquando affectuum genera ex læsarum operationum constitutione componere, non erit præter rationem, aut præter rerum euidentiam, naturamue, arthritim læso voluntario motu, seu læsa propria articulorum operatione definire. Ad quod faciendum nos videtur hortari Galenus, qui aliquando arthritidis idæam, atq; naturã ex ijs, quæ illam constituant & forment inferre volens, maxime ipsam in læsa motione, in difficili motu quæritabat, ipsumq; difficilem motum à doloroso distinguebat, primumq; esse volebat motum difficilem, quasi in arthritide perpetuum, & primum; mox vero dolorem, quem modo abesse, modo adesse supra iam satis demonstrauimus. Eius illa verba sunt. Si enim immodicæ factæ, consumpserint articulorum humiditatem, difficilem quendam motum ob siccitatem efficient, forte etiam & nõ-

Propria sententia de genere arthritidis.

Gal. 12. de vsu part. cap. 1. & l. de ossibus cap. 1.

l. 3. aph. 1. c. 16.

nun-

iunquam dolorem. quo loco & si Galenus de spu-
ia ea arthritide, quę ex intemperie nascitur sermo-
em habet, eam tamen, in genere, legitimæ consen-
aneam faciens, primum in difficili motu quærit,
uasi in idæali & perpetua illius formatione, mox
n dolore, de quo dubitando dicit forte etiam, & nõ-
nunquam dolorem. Hic accedit quod arthriti-
os qui tophaceis iam tumoribus laborantes, ligatos
ere articulos habent, quanquam per certa quædam
mpora non dolent, difficili tamen partium affecta
m motu detinentur, quos tamen arthriticos non
io decentiori genere definies quam difficili motu.
æterum dum difficilem motum dicimus, non mo-
o complectimur motum diminutum, in quo par-
s arthritica passione affectæ diminute tantum mo-
entur, non modo comprehendimus motum depra-
atum, in quo partes arthritica labe correptæ cum
uodam veluti tumore in motibus versantur, verũ
iam contineri hoc genere volumus eum dolorosũ
otum, qui esse interdum articulamentis solet, quo
mpore illi hac affectione præsumuntur. Occurrit
obis hoc ipso tempore, quo hæc scribimus haben-
consultatio pro Illustriss: & Excellentiss: quodã
agnæ virtutis, & insignis cuiusdam præstantię Prin
pe, qui inter alias, quas patitur præter naturam af-
ctiones τράκυλαγρα, laborat, nimirum impoten
a quadam circumuoluendi collum, propter afflu-
m materię, à capite ad illius articulamentum: cũ
men hoc difficili colli motu detineretur, non pro
erea collum seu ceruicem, quâ spectat ad eum
ticulum, dolet, sed vnica motus impotentia affi-
tur. Atq; huic quotidię similes articulamentorũ
fectiones nobis occurrunt, quæ ex materiæ humo-
sæ excrementitiæ defluxu sine vllo dolore, diffici-

Trachilagra in Principe Illustriss: & Eccell: Anto. Mediceo.

li

li cum motu fiunt quamuis, & alios sæpissime spect
mus cum difficili motu dolentes, sed postremo e
videtur ratio hanc eandem veritatem probare quo
in Galeni antiquorumq; monumentis apparet, re
media articulis non minus dolentibus quam ligati
comparari. Sic apud Galenum sæpe ad ligatos arti
culos tantum, interdum ad dolentes, interdum a
vtraq; affectione obsessos remedia inuenies, ex su
ex Andromachi, Asclepiadis, aliorumq; medicor
auctoritate. omnino in arthritica passione difficili
articulorum motus non minus vrget quam dolor, &
tandem omnis doloris sedatio, vniuersaq; ad arthri
ticas passiones instituta curatio, ad ipsam difficilem
motionem abigendam, ad redintegrandum articu
li motum ordinata videtur. Sic ergo ex traditis pa
tere potest arthritidis genus, seu forma, si tandem d
camus arthritim esse difficilem motū articulorum

Gal. l. 7. de cōp. med. s. genera c. 7. 8 & alibi sæpe

Genus verū Arthritidis, ex auctoris sententia.

Quid articuli nomine audiendum sit. CAP. IV.

NE verò in articuli voce denominationeq; æqu
uocatio oriatur, libet adnotare articuli appel
lationem variam esse, & vagam. quandoquidem m
do articuli nomine intelligimus ipsam ossis cum o
se sinceram, puramq; connexionem, vt quando ve
tebra in vertebram, conuexum in cauum, & omnin
os ossi per naturam cohæret, siue ea cohærentia sit
Διάρθρωσιν, siue per Συνάρθρωσιν: Priorem non in
eptè Dearticulationem, posteriorem coarticulatio
nem recentiores interpretari solent. Modo dicitu
articulus extrema pars alterius tantum ex ossibus c
hærentibus, eaq; potissimum, quæ orbiculata est, &
in cauum inseritur, quem modum denominationi
Hippocrati familiarem fuisse auctor est Galenus
Modo tandem dicitur articulus pro ijs, quę ossibu
cir-

Gal. l. de ossibus cap. 1.

Gal. lib. & c. cit.

rcũpositę sunt ossaq; in vnione detinente particu-
,quæ itidem articulamenta vocantur : quas coag-
entationem seu conspirationem, apte dixeris, par
ım ipsam articulationem componentium , ossaq;
ssibus nectentium, conexaq; conseruantium . His
bus omnino nominibus articuli vocari solent .
uorum sanè medium, à præsenti sermone excludi
r, posteaquam nomine articuli nos non intelligi-
us orbiculatam tantum partem , quæ in ossis alte-
is cauum inseritur , sed vnà cum illa ipsum etiam
cauum . Primum autem, & tertium, si seorsum
cipiantur, minus huic generi conuenient,nam dũ
difficili motu articulorum sermonem habemus ,
n de solo articulo per gemina ossa accepto,neque
solis partibus osseæ articulationi circumpositis ,
mq; cõnectentibus verba facimus, sed semper arti
li nomine intelligi volumus articulum tertio mo-
vsurpatum,hoc est compositionem simul ossium,
partium illis adiacentium, easq; per naturam ne-
ntium,ac componentium. quocirca tertia maxi-
: acceptio articulationis in hac definitione ex vsu
t,& de articulo hac ratione in primis accepto om
instituitur oratio ac disputatio. Iis tamen adhibi
distinctionibus , quæ à nobis in huius nostræ tra-
tionis progressu,prout occasio feret, proponẽtur.
d quæ nam sunt istæ partes,nectentes,componen
,efformantesq; & simul conseruantes ipsam arti-
ationem, ıpsa articulamenta? Profecto in articu
nentis complectimur membranas, tendines, ner-
s; ligamenta , venas , arterias , carnes , & cutem ;
nimo addimus etiam pinguedinem ipsam,quam
ura prouidentissime cuiq; indidit articulo, quē-
modum in anatomicis dissectionibus spectatur ,
Galenus docuit, & ratio etiam inuenit . Harum
igitur

De qua specie articulationis sit sermo.

Partes articulamenta componẽtes, quæ,

Subiecta materia in arthritide quæ, & qualis.

igitur partium compago, & compositio, ad ossa v
nienda cõspirans, articuli nomen nobis fuerit, hęcq
in primis tanquam pars affecta audiatur, tanquan
subiecta materia reputetur.

Proponuntur dubitationes quædam. CAP. V.

Prima dubitatio.

SEd antequam ad vlteriora progrediamur, non al
re fuerit vnam, vel alteram dubitationem è me
dio tollere. Nam primo facit difficultatem quod d
genere arthritidis diximus, illud esse motum diffic
lem, siquidem siue Latinos, siue Arabas, siue Græ
cos contueamur, inueniemus illos, vbicunq; de Ar
thritica passione loquuntur, semper de dolore arthi
tico verba facere, semper animum, & sermonem a
articularem dolorem adhibere. Galenus enim, v
ab eo exordiar, omnibus ferè in locis, in quibus ho
de affectu agit, semper de dolore digreditur. Ho
idem Paulus, & Aetius, & inter Arabas, Auicenna
& Halyabas prorsus perficiunt vt propterea iniust
nos videamur tot antiquorum decretis repugnare.
Secundo dubitationem facit, quod de articulorun
appellatione scripsimus, dum ipsam etiam ossiun
cõnexionem, & omnino ipsas naturas osseas voc
articuli arthritidis affectibus cõplecti voluerimus
ossa etenim ipsa, nemine ferè, reclamante sensi
quocunque carent, atque proinde, ad dolorem qu
attinet, illo tentari ossa non possunt. præterea in ar
thritide ossa tumore, aut affluxu materiæ non tentar
tur, quemadmodum in Gallico morbo fieri gumn
ta in ossibus spectamus, materia etenim arthriticam
passionem faciens, non se insinuat altius in ossa, neq
illa tumore afficit, neq; in illis aggeratur, sed (vt suo
loco ostendemus) in alias articulamenti particula
impetum habet. Ad quid ergo osseam articulorun
sub-

Gal. l. x. de cõp. m. l. c. 2. 3. aph. 16. 6. aph. 28.

Paul. l. 3. c. 58.

Aetius l. 12. c. 6.

Auic. 22. tertij tr. 2. c. 5.

Halyab. 8. pract. c. 30. & 9. Theorica cap. 41.

Secunda Dubitatio.

ubstantiam articuli appellatione cōprehendimus? Tertio facit difficultatem, quod supra diximus, nos nimirum articuli nomine etiam complecti simplicem, puramq; connexionem ossis cum osse: quando hęc connexio ossis cum osse in arthritica passione perraro patiatur, cum expresse scribat Hippocrates ad illius noxam sequi claudicationem. & Auicenna quoq; cum Galeno affirmet, subsequi articuli luxationem si materia in pyxidem delabatur. Atqui videmus innumeros arthriticos sine luxatione, sine claudicatione viuere. Cur ergo assumpsimus in hoc sermone ipsam quoque ossis cum osse connexionem? si hæc in arthritide vera perraro afficitur? atq; si quando afficitur, arthritis in aliam affectionem, vt luxationem, vel claudicationem videtur migrare? Certe ad priorem dubitationem quod attinet plenis (quod aiunt) buccis prisci, recentiores, Arabes, Latini, Græci scriptores de arthritica loquentes de dolore verba faciunt, vt prope videantur vniuersam arthriticæ passionis idæam doloris essentia constituere. Veruntamen non ita res se habet: neque ad hunc finem, hocue consilio, illi tàm frequenter, tam diffuse, de dolore disputant, vt nimirum existiment sanato dolore, vniuersam arthriticæ dispositionis idæam sublatam esse, doloreq; pariter posito ipsam pariter vniuersam arthritidis essentiam poni; qui optime intelligebāt, dolorem in arthritide, neq; esse propriam affectæ partis actionem lęsam, neq; quidpiam omnino aliud pręter passionem quandam quendam casum quoddāue symptoma, cuius origo sit à prima natura & essentia affectionis: cuius vis modo in ea adsit, modo absit ab ea, & cuius natura nihil obtineat in arthritica affectione essentialis, aut idæalis, quem

Tertia dubitatio.

Hippo. 6. aphor. t. c. 60.

Auic. 22. 3. tr. 2. cap. 6.

Gal. x. de comp. m. l. cap. 2.

Prioris dubitat. solut.

admodum supra monstratum est. Sed de dolore videntur in primis esse solliciti, partim quia, sermones, quos eo de argumento faciunt non de arthritide, hoc est de tota & integra affectione arthritica; sed de dolore arthritico seorsum inscribunt; partim etiam quia dolor in arthritide passio est molestissima, & valde insignis, qua sedata, videntur ægri minus molestè ferre læsum motum, & quancunq; aliam arthriticam molestiam. quo enim tempore ferociunt dolores, obliuiscuntur arthritici, impediti motus, febris, fluxionis, & cuiuscunq; alterius iniuriæ, optantes vt in tanta malorum illuuie saltem mulceatur dolor. hoc sedato iam videntur à labore in quiete, & à puluere in vmbra repositi, & minus iniquo animo inde ipsam propriæ articulorum actionis læsionem, cum imbecillitatem, scilicet, tum difficilem motum perferunt. Hoc ergo instituto diligentes fuerunt cuiusq; temporis, & cuiusq; ordinis medici, & hoc consilio etiam forte maluerunt cum inscribere suos de arthritide sermones titulo doloris, tum affectus huius idæam & formam ipso in dolore reponere. Quod si ad eum finem animũ direxissent, ad quem nostram quoq; in præsenti tractatione contemplationem conuertere visum est, fortasse nihil aliud prorsus peregissent quam, quod nos peragendum existimauimus: definiuissent .n. arthritim genere difficilis motus, si vniuersa ægritudinis tempora, si integram affectionem, si omnes affectionis partes, æqua lance expendissent. Sic priori dubitationi respondemus. Ad secundam verò quod attinet, video aliquantulum laboris nobis offerri, qui legimus inter antiquos Arethæum longe alia, atq; alia ratione illi satisfacere, atque nos illi satisfaciendum putamus. Concedit nãq;

Secundæ dubit. solutio.

Arethæus

Arethæus ossa toto eorum corpore sensu præstare. Qua in re quoniam quidam grauissimus medicus inter recentiores in quodam sua disputatione excusare volens Arethæum, scribit, illum ossis appellatione audire non os nudum, & sincerum, sed cum suo periostio obuolutum, quod tamen maxime ab Arethæi mente procul esse existimamus, qui credimus, atq; rectè intelligimus, Arethæum de nudo osse loqui, nudaq; ossa existimare prædita esse, sensu tactus, ne nos rixæ gratia, vel Arethæum accusare, vel ab hoc scriptore dissentire videamur, nõ grauabimur subnectere ipsa Arethæi verba, quibus vnusquisq;, luce meridiana clarius inspiciet Arethæum denudatis à periostio ossibus putare, illa prædita esse sensu tactus; At istorum (inquit, de ossibus loquens) magnum est miraculum: non dolent quidem vel minimum, etiam si quis secet, aut collidat: at si quis ab ipsis doleat, nihil aliud est eis ad dolorem citandum potentius non ferramenta astringentia, non vincula, non vulnerãs gladius, non exurens ignis: nam & hæc assumuntur tanquam maiorum dolorum remedia. Quod si quis ipsa dolentia ossa præciderit; sectionis dolor vt exiguus à maiore obscuratur: sin autem iste præualeat, eos voluptas capit priorum malorũ obliuionem afferens. Id sanè patiuntur dentes & ossa. Aestiment recti scriptorum iudices, possine Arethæus his verbis de circumuolutis à periostio ossibus an de nudis verba facere. quod enim primum scribit, neq; exustiones, neq; dissectiones facere in ossibus dolores, atq; esse longe mitiores doloribus alijs ab interna caussa excitatis, hominesq; eos eligere ante illos, imo vero quod scribit postremo hoc idem contingere pariter dentibus, iam videtur

Arethæus lib. 2. De diuturnis passionibus c. 12

Cuiusdam recẽtioris sententia reffellitur.

detur de ossibus esse dictum, à periostio nudatis]
iamq; affirmare ossa etiamnum periostijs carentia,
ritu dentiũ, qui periostio carent sentire, doloresq;
acerbissimos pati. quod etenim scribitur ferrũ dis-
secans dolorem in osse non facere, de osse intelligi
nequit quod cum periostio sit. sentit enim tunc ma
xime dolorem dissectum periostium, sed de nudo
osse. Et quod pariter de dentibus scribitur, dictũ
est de osse periostio quocunq; carente. in his ergo
(inquit Arethæus) nudis ossibus miraculum est,
quod cum à ferro, à terra dolores non patian-
tur, à calidorum tamen, frigidorumque occursu
magnos dolorum cruciatus persentiant. Voluit
igitur Arethæus ossa nudata periostijs ritu dentium
& sentire, & ex calidarum frigidarumq; qualitatũ
intrinsecus affluentium occursu dolores acerbissi-
mos sustinere. Sed re vera Arethæi sententia (ad
ossa quod attinet) ridicula est, nam longo vsu & ex-
perientia comprobatum est ossa (quod ad illa atti-
net) toto eorum corpore minime sentire. dico autẽ,
quod ad illa attinet, nam alibi mõstratum à me est,
ex Galeni decreto, ipsaq; etiam ratione, dentes, prę
ter superficiem, toto reliquo corpore sentire. Et
ratio discriminis propterquam ossa reliqua non sen
tiant, vni verò dentes inter ossa sentiãt, ea est, quod
ad interiora dentium penetret neruus, ad interiora
vero ossium reliquorum minime nerui pertingant.
De vsu quoq; sensus in dentibus ibi dictum est sa
tis. Nunc ergo sat sit animaduertere iniuste Are-
thæum ossibus sensum tribuere. Verum quia Are-
thęus suam sententiam, quadam etiam ratione con
firmat, illam & audiamus, & breuissime examine-
„ mus. Arethæi hæc verba sunt. Caussam quidẽ
„ veram soli Dij nouerunt, probabilem verò, & ap
parẽ-

Lib. 1. nostri operis de Humani corp. turp. cognoscendis & cur. cap.

Arethæi de ossiũ sensu refutata sententia.

" parentem etiam homines. Est autem (vt simpliciter dicam) huiusmodi. Quod prædensum est, contactum, vulnerationemq; non sentit: iccirco, & ex tactu, vulnerationeq; non dolet. Dolor enim est res aspera sensui: Densum autem non exasperabile, ideo quoque est indolens. At rarum bono sensu præditum est, & vulnere exasperatur. Cæterum quoniam & densa ingenito calore viuunt, per hunc eundem calorem etiã sentire possunt. Siquidem efficiens caussa substantialis sit, vt gladius, aut lapis, substantialis patientis corporis pars non dolet, natura enim densa est. Sed si caliditatis insitæ temperatura corripiatur, sensus fit permutatio. cumq; ipsorum ex se ipsa dolet caliditas, ab interna sensus pulsione excitatur. natura autem in maius excedente, vel ex abundantia dolores perueniunt.

[I]ure profecto, & consulto Arethæus hanc suam rationem probabilem dicit, apparentemque confitetur, qui non ignorauit, sententiam, quam tueri per[r]exit de ossium sensu, esse ab omni prorsus ratione [a]lienam, neq; posse demostratiuo aliquo argumen[t]o confirmari, quandoquidem, quod scribit, quod [p]rædensum est, contactum, vulnerationemq; non [s]entire, primo falsum est in genere, cum multa in [a]nimalibus sint prędensæ substantiæ, quæ tamen cõ[t]actum, vulnerationemq; sentiunt, cuius certe or[d]inis membranæ sunt, quæ quamquam prædensæ, [s]ensu tamen præstant, atq; tactum, vulnerationẽq; [s]entiunt. Secundo falsum quoq; est in ossibus, & [s]i namq; ossa prædensa in superficie sint, in meditu[l]lio tamen rariorem habent compaginem: itaque si [p]ropter densitatem tactionem, vulnerationemque (vt ille scribit) non sentiunt, id quidem facient in

super-

ſuperficie: at in meditulio, in quo rariorem habet texturam, & ſenſum tactus habebunt, & vulneratio nem perſentient. Sed adde quod cum ſcribit eo ipſo quo viuunt natiuo calore oſſa, eodem & poſſe ſentire, falſo deductum eſt, ſic etenim & plantæ, quæ natiuo viuunt calore, poſſent eodem quoque ſentire: quod tamen nemo affirmabit, niſi ad Poe tarum fabulas deflectens, Polydori plantas, ſangui nem, humanoſq; gemitus edentes, in plantis quoque ſenſum perquirat. Quod deniq; ſcriptum eſt, ſubſtantias non perſentiri, calidum autem, & frigidum, & omnino qualitates temperamentum conſtituentes, ipſumq; ex ſe innatum calidum ſenſum producere, hoc eſt (vt ille ait) illas quidem ſenſum facere, hoc vero ſponte ſua ſentire, lubricum & ab ſurdum videtur. nam etſi temperamentum qualitates facientes tactiles ſint, nõ hoc tamen tollit quin & ſecundæ qualitates, quas ad ſubſtantias videtur referre Arethæus, & ipſæ tactiles eſſe debeant, cum & Peripateticis, & Dogmaticorum medicorũ coryphæo Galeno ſit perſuaſum, gemini ordinis eſſe tactiles qualitates, easq; priores, has vero ſecũdas appellari. Simili quoque ratione parum fidum eſt, quod affirmatur, calidum innatum, ſua ſponte, ſen tire. ſiquidem calidum innatum eſt quidem inſtrumentum, quo interueniente, ſentiamus, ſentiãtq; vitam participantia membra, at ex ſe ipſo illud nequaquam ſentit, vtpote quod animæ ac vitæ ſit qui dem inſtrumentum, non tamen animam aut vitam habeat vllam. Sed fruſtra verſor in reijcienda ſententia alioquin ſatis ſua ſponte leui. Quocirca ſatius fuerit, eo vnde digreſſi ſumus reuertentes, iterum dicere Arethæum non eſſe ea excuſatione dignum, qua illum excuſare Recentior iſte ſcriptor

nititur

ititur de ossium vita: cum clare putasse Arethæū-
x traditis constet, ossa ritu dentium, quanquam
eriostio nudata, prestare tamen in quacunque par
e, & toto ipsorum corpore tactus sensu, quod ta-
nen neq; dici, neq; defendi debuit. Et propterea
d argumentum secundo loco propositum alia ra-
one respondendum erit. Et primum quidem ad
ensum quod attinet, concedimus ossa ipsa articu-
orum non sentire: Hæc tamen articuli nomine vo
imus complecti, quod saltem in motu edendo,
n motus difficultate sustinenda non parum labo-
ent, quòd sint veluti ligata (vt antiquo loquendi
nodo vtar.) Quod verò ad tumores spectat, iam
t hoc damus in arthritide ossa minime intumesce
, quod in Lue gallica fieri animaduertimus. pro-
ter hanc caussam tamen non est ommittenda os-
um ipsorum articulatio, quæ quanquam subiecta
ateria non sit tumoris in arthritide, neq; recipiat
suam substantiam fluxionem, à qua arthritis fit,
men & quod grauentur, & quod præmantur, &
uod à circumpositarum partium affectarū affluen
materia impediantur nō debebant aliquo pacto
rætermitti. Superest vt tertiæ dubitationi propo
æ satisfaciamus, qua quidem in re libet statim
imaduertere, Arethæum alio non leui errore la-
um esse, dum arthriticam dispositionem non mo
o per articulos, ossiumq; ad artuum juncturas cō-
exiones, verum etiam ad suturas capitis, atque
eo ad vniuersam osseam capitis naturam pertine
re scribit. illius ea scriptio est. Dolent capitis sut
turę, & quid doleat ęgrotus ignorans, indicat su-
turarum species, obliquā, rectam, transuersam,
posterius, ac prius. Tenuem autem dolorem in
ossibus defixum conqueritur. Vniuersam enim
ossium

Vera secundæ dubitationis solutio.

Ad tertiam dub.

Arethæi verba & error.

„ ossium cōpagem morbus populatus haud secus,
„ atque pedis, aut manus articulum. Ex quo loco constat Arethæum quancunque osseam substantiam constituere, subiectam arthritidis materiam sed quid? Mirabile dictu, ne dum iste osseam naturam, arthritidis subiectam materiam facit, sed &, nares, & aures, & labia. Sic enim rursum ille scribit.
„ O rem admirabilem, post omnia, nares, & labia,
„ & aures afficiuntur. Neque his contentus, ad renes, & ad vesicam tandem etiam pertinere hanc affectionem affirmat. quando & eam etiam sententiam proferat. Item communicatur renibus, & vesicæ. Quæ certe omnia absurditatum sunt plenissima, quando nullam harum partium arthriticæ passioni subiectam nemo hactenus viderit. Poterat Arethæus cum Demetrio Pepagomeno, immo cum Hippo. & Gal. non de arthritide, sed de fluxione scribere illam habere impetum, in cerebrum, in pulmones, in linguam, in iecur, in cor, quemadmodum ille scribit lib. de arthritide supra citato c. 5. Nunc quoniam de arthritide, non de fluxione loquitur, nulla videtur dignus excusatione. Vt propter hanc caussam nos eas tantum articulationes complexi fuerimus, quibus vitiatis, lædi motum voluntarium contingat, quod maxime fieri in articulis, vsu, experientiaq; comprobatum est, cum ad hunc vsum articuli nobis dati sint, vt motus voluntarios perficere valeamus. Et quanquam suturas capitis Galenus articulis adnumeret, qui quidem clare suturas articuli speciem facit ipsæq; suturæ etiam dolere in arthritide interdum soleant quia tamen illæ motibus voluntarijs non inseruiunt & per rarò in arthritica passione dolent, iure ab hoc nostro sermone suturas excludimus, qui difficilē motum

Arethæi absurditates.

Gal. lib. de ossib. cap. primo.

m articulorum arthritim definientes, eos tãtum ticulos comprehensos volumus, qui motibus in- ruiant, quique ad motus ordinati sint. Ergo ad du tationis dissolutionem quod attinet, dicimus nos omine articuli osseam connexionem fuisse com- exos: & quanquam per rarò materia in pixidem, u inter os, & os dilabatur, & quoties eò delabi- r, aut claudicationem, aut luxationem etiam pa- it', nihilominus, non potuimus non complecti sam etiam, osseam articulationem, posteaquam ec maxime motibus obeundis inepta redditur, & partibus circumiacentibus afficitur. Hactenus i- tur de arthritidis genere satis sit dictum.

De caussis Arthritidis. CAP. VI.

NVnc ad caussas transeundum: primo quidem ad eam, quæ proxime huius difficilis motus effectrix: secundo vero & ad alias, quæ vel me- iate vim habent efficientem: vel certè omnino adiuuantes sunt, & veluti caussæ, sine qua non, tinent rationem. Sane in effectrice caussa illud quam motum assumpsimus, eam esse materiæ morosæ excrementitiæ, seu superfluæ (excremen um enim hoc loco accipimus quidquid super- um in corpore redundat) affluxum. Verã quip & germanam arthritidem sine materiæ affluxu i non posse demonstrauimus. Veruntamen in materiæ fluxione multæ suboriuntur disceptа- nes. Primum etenim quæri solet, inflammato- ne esse debeat. Secundo cuius conditionis, san nea ne, an pituitosa, an biliosa, an melancholi- sincera ne, an remista cum alijs. Tertio sitne necessitate maligna, an possit esse cum maligna rsum, tum etiam benigna: quæ sanè omnia ex-

Varia dubia de materia arthritica fluxionis.

D pedit

pedit exactius examinare, quod non parum condu-
cere videantur ad huiusce, quam quęrimus affectio-
nis cum cognitionem, tum curationem.

Sit ne fluxio arthritica inflammatoria.

Ad priorem profecto dubitationem quod atti-
net, ex altera parte videtur Hippocrates, & cũ Hip-
pocrate Galenus statuere hunc materiæ defluxum
esse inflammatorium. Cum etenim scripserit Hip-

Hipp. lib. 6. aph. 49.

„ pocrates. Quicunq; morbi podagrici fiunt, hi
„ sedata in quadraginta diebus inflammatione fi-
niunt, Galenus in commento, eandem inflamma-
tionis vocem repetit, & podagricæ inflammationis
sine alia exceptione meminit. At iam diximus su-
pra, podagram esse arthriticæ dispositionis speciẽ,
ac differentiam quandam. Hoc idem factum vi-

Paul. l. 3. c. 78.

demus à Paulo, qui de articularijs morbis digres-
sus, non affici neruos in arthritide primario affectu
ab inflammatione, sed potius internodia ab illa ten-
tari: neruos verò cõsortij lege ab ipsa inflammatio-
ne obsideri scripsit. Neque ab hac sententia re-

Aetius l. 12. c. 1.

cessisse Aetium existimo, qui quamquam à crudi-
tatibus, exuberantiq; quaq; materia fieri hunc affe-
ctum putat, attamen rem in curatione apertius ex-
ponens, eam tanquam inflammationem, seu tan-
quam inflammatorium affectum quodam in capite
seorsum curat. Ex quibus antiquorum decretis nõ
nulli ex recentioribus permoti scripserunt Arthri-
tim ad inflammatorios affectus semper pertinere.
Sed libet hanc sententiam longe diuersa ratione
examinare, nam certe si simpliciter illa proferatur
nihil veritati consentaneum retinere perspicietur.
Nemo etenim est, qui bene arthritidis generatio-
nem intelligens, & quæ quotidie vsu, experientiaq;
in arthritide obseruantur animaduertens, non faci-
le fateatur sæpissime arthriticas affectiones genera-

i sine inflammatione prorsus vlla, quis enim quæ-
o est, qui frequenter non viderit dolores articula-
es, impeditosq; articulorum motus à solius mate-
æ crassæ, frigidęq; affluxu, sine rubore prorsus vl-
o, sine febre aliqua, quorum alterum in inflamma
a parte requiritur: alterum in vniuerso corpore
pectari solet? Propter quam quidem rationem, on defuerunt, qui Galeni loca, & loca Pauli, Ae-
ijq; interpretantes de inflammatione distinguant,
teram facientes propriam, atq; legitimam, alte-
m verò facientes spuriam, atq; notham. Legiti-
am & propriam eam cum Galeno appellant, quæ
sanguine est cum tumore rubore, caloreq;: spu-
am verò, & notham eam dicunt, quæ pro quocũ-
ue tumore quomodocunq; caloris participe audi-
solet, quo in sensu etiam lethargũ à Galeno scri-
um est, fieri ab inflammatione pituitosa, & pleu-
im pituitosam aliquando Galenus inter pleuri-
dis, alioquin affectus inflammatorij differentias
censet. Sed hæc sententia quanquam sit satis an-
quorum doctrinæ consentanea, non videtur ta-
en, quod hac in re proprium est attingere. Siqui-
em est certo certius inflammationem seu inflam-
atorium affectum illum simpliciter non dici qui
omodocunq; sit caloris particeps: nam etsi di-
nctio assignata de duplici inflammatione vera est,
men accipientes inflammationem spuriam, debe
us adhuc in ea animaduertere, quod non posset
ci inflammatio nisi calidi humores in ea prædo-
inarentur, nisi affectus nomen & denominatio-
m ab inflammatione prędominante caperet, nisi
mnino tandem idæam retineret inflammatorij tu
oris. Itaut quanquam proprie dicta inflamma-
o eam ob caussam non sit, quod à sincero sangui-

Victor Trinc. l. 12. de Part. hum. corp. cur. cap. 1.

Gal. l. 2. ad Glauc. cap. primo.

Gal. 3. aph. 31. & alibi.

Gal. l. de const. art. cap. 15.

Examinatur Victoris Trincau. sententia.

ne non fiat, sit tamen adhuc inflãmatorius affectus, postea quam adhuc in eo adeo calidorum humorũ virtus prædominatur, vt omnino inflammationis, inflammatoriue affectus nomen, appellationemq; retineat. Sic enim Galenus huic inflammationum spuriarum ordini ascribit letargum, pleuritim pituitosã, & alia id genus, quæ alioquin vere inflammatorij affectus caracterem retinent, etsi inflammatio proprie dicta dici nequeant. Quocirca cum multoties gignatur arthritis, sine vllo affectu inflammatorio spurio, hoc modo accepto, iam apparet hanc distinctionem ad hunc locum non facere, & alia propterea ratione Hippocratis, Galeni, Pauli, Aetij verba esse interpretanda. Vt mirari propterea libeat alium ex recentioribus scriptoribus, qui de arthritide loquẽs dum in hoc loco versaretur eodem prorsus doctrinæ genere vtitur, quo vsum à Trincauellio fuisse iam diximus. Profecto arthritidem ab inflammatione sincera proprieq; dicta fieri posse fieri etiam posse aliquando, & frequenter ab inflãmatione spuria certum persuasumq; est omnibus. nam apud Galenum & apud Auicennam constare demonstrabimus arthritim fieri interdum à sanguine sincero, interdum alijs humoribus remisto, quod ergo possit arthritis generari ab affectu inflammatorio quacunq; ratione accepto, constat apud omnes probatæ mentis scriptores. Veruntamen quod semper ab aliquo huius ordinis inflammatorio affectu producatur, neq; ipse dixerim, neq; puto ex antiquis aliquem dicere voluisse. satis namq; in omnium illorum scriptis spectatur putasse illos gigni arthritim ab alijs etiam humoribus sine inflammatione prorsus vlla. Quamobrem quod antiquorum medicorum nonnulli scripserint. podagram, & arthri-

Alterius recentioris sententia cum Trincauellij doctrina impugnata.

hritim ex inflammatione generari, non ita audien dum eſt, atq; nulla fieri poſſit debeatq; arthritis ſine inflammatione, itaut inflãmatio aſſumi debeat tanquam effectrix cauſſa perpetua arthritidis, ſed ita accipiendum eſt, vt intelligatur poſſe arthritim gigni aliquando, & frequenter etiam ab inflammatione, quæcunque tandem illa, cuiuſcumq; ue ordinis habeatur. ſic quidem igitur priſcorum medicorum accipi decreta debent, niſi modo illorum dictio, noſtræ huic interpretationi repugnet, quod tamen enucleatius ſingillatim examinandum eſt. Certe quod ab Hippocrate ſcribitur, & in commentario à Galeno affirmatur hoc ipſum non aliud ſignificare poteſt, ſcilicet de inflammatione arthritica eos loqui, vbi nimirum arthritis ab inflammatione ſit. Vel forte dici poſſet eos de arthritide ex inflammatione vtraq; ratione ſumpta ſermonem habere, quod intelligant arthritim maxima ex parte, atque vt plurimum ab inflammatione lata illa ratione acceptа generari. quod forte conſiderans Paulus, ſigna arthridem facientium cauſſarum afferens, non modo proponit ſigna cuiusq; humoris gignentis arthritim ſeorſum, ac ſingillatim, verum etiam ipſius affectus inflammatorij, ſeparatim, febrem huic coniungi neceſſario dicens, vt manifeſte disiungat has arthritidis cauſſas, ſcilicet haud ſemper eſſe affectum inflammatorium ratus. Sed his conſimilia perſcribit Aetius, & Aetio clarius quoq; Alexãder, qui de quattuor humoribus arthritim procreantibus verba faciens, ſanguinem, & bilem calefaciendo, & inflammando dolores parere, pituitam vero, & melancholicum ſuccum, replendo, diſtendendo, refrigerandoq; eoſdem dolorum cruciatus permouere affirmat. Hæc forte maturè ſecum conſide-

Hipp. 6. aph. 49. Gal. in comento

Paul. l. 3. c. 78.

Aetius l. 12. cap. primo.

Alex. l. xi. c. 1.

rans

Franc. Valesius in l.6.aph. Hip. com.49. rans doctissimus Valesius, dum Hippocratis aphorismum interpretaretur. Quod de podagricis morbis dicitur (inquit) de doloribus omnium articulorum dictum intellige. Qui plerumq; fiunt cum magno ardore & dolore partium circunstantium tumore, itaq; cum inflammatione. cum enim videret non semper arthritim fieri ab inflammatione lata etiam ratione accepta, sed aliquando ab humoribus frigidis prorsus; non simpliciter, sed plerumq; illam ab inflammatione excitari perscribit. Hinc *Cornel. Celsus l. 4. c. 24.* Celsus vt diserta sic perspicua oratione docet arthritim gigni aliquando sine tumore vllo, ne dum sine aliqua inflammatione qui etiam ad vtramq; curationes idoneas describit. Adde quod nisi hac ratione res apud hos scriptores esset intelligenda, nullus remaneret locus expositioni illius Hippocratici loci, quo ille docet Tumores, atque dolores articulorum sine vlcere frigida aqua large affusa sanari, nam quos tandem dolores & tumores sanaret frigida aqua? factos ne à pituita? à melancolico succo? horum certe nullum. ergo illos, qui à sanguine, & bile: quemadmodum quoque & huius ordinis conuulsiones. non certe illos, quos propriè οἰδήματα vocant, quos laxa gignit & frigida pituita *Hip. l. 5. aph. 25.* quod sanè animaduertens Galenus, dedita opera, monet exponendam esse Hippocratis sententiam *Gal. in coment. loc. cit.* de podagricis doloribus, siue arthriticis, qui ab inflammatione, seu ab inflammine, hoc est à caussa calida fiunt. quæ sane Galeni quoq; animaduersio ridicula esset, nisi constaret à caussa quoq; frigida, atq; sine inflammatione vlla prorsus gigni arthritim, nam si semper ab inflammatione fiat arthritis, inanis procul dubio omnis euadit Galeni aliorũq; expositorum animaduersio; Vt hinc obiter colligi

liceat

ceat apocryphum esse quidquid ab auctore defini
itionum libri scriptum est, dum arthritim definit, *Error Auctoris libri definitionũ Gal. adscripti.*
flammationem, eamque genere inflammationis
omprehendit: cum non modo inflammatio non
perpetuum quid in arthritide, verum etiam ne
mor quidem, possit tanquam arthritidis genus as
mi. Quod non dissimulantes Hippocrates & Ga *Hip.l.4. apho.t. cap.45.*
nus, cum Galenus videret Hippocratem mentio
de conualescentibus facta, admonere, quod si in
s tubercula, vel articulorum dolores fiant, non
ossunt isti ex alia caussa generari, quam ex pluri ci-
adhibito, addit caussam esse quia cum isti plus
medant, quam facultas concoquere valeat, cru-
gignuntur excrementa, quæ vel ad adenosas re-
ones, vel ad cutem deflectentia, tubercula, ad arti
los vero fluentia articulorum dolores pariunt:
o loco tantum abest vt ex inflammatione tales gi
i dolores affirmetur, vt ex affectu potius contra-
illos excitari certissimum sit. quod optime vide
r Philotheus animaduertere, qui nulla de inflam *Philotheus l. 4. aph.t.c.45.*
atorio affectu mentione facta in cruditates ipsas,
alioquin in superfluitates frigidas & crudas talẽ
nerationem affectus reducit. Quid plura? nemo
Arabibus, ausus est arthritidis caussam effectri-
m affirmare inflammationem sed omnes aliam,
q; aliam (quemadmodum proxime dicam) visi
nt caussam afferre. Agendum propterea, & po-
aquam fluxionem, quæ necessario ad arthriticæ
ectionis generationem requiritur, caussam statui
as effectricem, eamq; non esse semper inflamma
rium affectum ostendimus, vlterius iam videa-
s à quo tandem humore illam fieri contingat,
emadmodum iam supra à nobis propositum est.

A quo humore arthritica fluxio fiat. CAP. VII.

SAxum certe magnum, ingensq; reuoluimus, nõ tamen inutili (vt speramus) labore. Difficultas tractationis ex eo oritur, quòd Fernelius putet ab vna pituita perpetuo gigni arthritim. Alij vero ex recentioribus censeant creari arthritim posse à quocunque humore. Alij opinentur excipiendam esse bilem, inter quos eminet Victor Trincauellius, qui à sincera bile generari nulla ratione arthritim posse existimat. Alij etiam existiment nunquam gigni arthritim consueuisse, immo ne gigni etiam posse ex sincera pituita. Alij censeant ex solo sanguine illam generari. Vtile ergo fuerit, & ad curationem summopere faciet intelligere, recteq; distinguere ex quo nam tandem humore progignatur arthritis.

Fernelij de causa effectrice Arthritidis sententia examinata, reiectaq;.

Sane ex vnica pituita produci arthritim, non vero ex alijs humoribus durum dictu admodum videtur. quandoquidem rei euidentiæ, & rationi etiam repugnat. Rei quidem euidentiæ, nam dolores, qui ex pituita tantum fiunt, non solent habere partium dolentium ruborem, vel flauitiem, vel liuorem aliquem: sed concolorem partem habere consueuerunt, at in arthritide non raro apparet partium dolentium rubor, & color à pituitæ colore maximopere immutatus. & quanquam Fernelius nitatur occurrere huic dubitationi, notans, quod & si in arthritide sæpe appareant particulæ dolentes affectæ hoc, vel illo colore, hoc tamen non euenit quia humor arthritidem proxime faciẽs varius, & huius vel illius coloris, huius, vel illius naturę sit, sed quia cum pars à pituita afficiente dolet, vi doloris attrahit in se ipsam hos, & illos humores, qui pro

illorum

lorum varietate, vario quoque colore partes affe-
ctas inficiunt. Tamen nihilominus inaniter hac vti-
ur solertia Fernelius, qui forte non intellexit mul
 suppetere argumenta, quibus tandem hanc cau-
onem, vtpote parum tutam declines, vanamq; de
ares. Si etenim hæc adnotatio opportuna esset, iã
queretur maiorem ruborem, maioremq; coloris
utationem in cute apparere, quo maior esset do
or, nunc tamen videmus, quod sæpe absq; vlla fe-
 partis dolentis mutatione, vehementissimi sæ-
unt dolores: non igitur verum est ex vehemen-
a tantum doloris, partium affectarum mutationes
ntingere. Quinimo vsus experientiaq; nos do-
it, quod quo tempore in articulorum superficie,
timaq; regione tumor apparet, & rubor, vel alia
loris affectio, mitiores in articulamentis dolores
tigant: contra verò quo profundiores ferociunt
lorum cruciatus, eo etiam minus in externa arti
lorum regione varius mutatusq; color apparet,
rius internoscitur tumor. Itaq; cautio à Ferne-
 adhibita infida est. quinimo si maturius senten
 proposita expendatur, illam statim aduersus eã
ere difficultatem intelligemus, quod pertinacis
e ingenij videtur, affirmare, quod cum alij om-
s affectus ab vnoquoque humore modo sincero,
do remisto fiant, Vnica arthritis hoc habeat, vt
n nisi à sincera pituita progignatur, quæ namq;
ussa debeat, & possit vnius sinceræ pituitę afflu-
m facere arthritidis caussam, neque ego intelli-
, neq; Fernelius explicare valuit. Adde quod cũ
hritis cuiusq; temperamenti, & habitudinis cor
a fatiget non potest ratione inueniri, quę caussa
, quamobrem, supposita in articulis necessaria
becillitate, in habitu (gratia exempli) bilioso, de

E beat

beat pituita hoc malum generare, cum habitu in illo promptior ſit bilis, ad fluxionem ipſam permouendam, atq; ad ipſos articulos occupãdos, quàm hæc propoſita pituita. Sed forte inaniter laboro in reijcienda ſententia iam toties, & tot rationibus ſatis, ſuperq; reiecta. quocirca alias potius doctrinas non vsq; adeo celebres, plenas tamen difficultatum accipiamus. Occurrit autem Trincauellij ante alias examinanda ſententia. Negat hic Clariſſimus ſcriptor vnicam ſincerã bilem poſſe arthritidem generare: eam verò rationem adducit, quod bilis prę tenuis humor eſt, cuius ea eſſe ſolet proprietas, illud ingenium, vt ad extimas potius c̃orporis partes, quàm ad articulorum profunda conuolet. Addit etiam auctoritatem, quòd videat Galenum ſcribere arthritim fieri à ſanguine, & etiam à bile, pituitę alijsue humoribus remiſta, nunquam vero vnius bilis habere memoriam. Profecto hęc Trincauellij ſententia benigniores meretur impugnatores, poſteaquam hic nonFerneliano more iubentis, ſed more philoſophico ratione rem agentis ritu ea de re diſputat. quocirca ſedulo rationis, auctoritatisq; momentum quambreuiſſime expendamus. Quod quidem igitur bilis ceu humor tenuis, & calidus propenſionem habeat ad extimam corporis regionem, cum ratione & probabilitate dictum videtur. Cæterum quod non poſſit ad interiores quoq; cũ viſcerum, tum articulorum regiones impetum habere cum ratione dictum non videtur: quandoquidem eriſipellata, & in pleura, & in ventriculo generari poſſe conſtans medicòrum cum veterum, tum recentiorum opinio eſt, in qua tamen corporis parte & ventriculus, & pleura poſitæ ſint omnibus eſt in confeſſo, nemò enim non intelligit has regiones ab

Victoris Trincauellij de cauſſa arthitidis examinatur, & reijcitur.

Gal. l. x. de cõp. med. l. cap. 2.

ib ambitu corporis procul esse sitas, & in centro po
ius, quam in superficie collocatas. Non igitur bi-
iosus humor, quamuis maxima ex parte soleat in
xternas regiones corporis ferri, hoc ita connatum,
c insitum habet, vt nesciat etiam profunda eiusdē
fficere, & varijs rationibus interiora eiusdem obsi-
ere. Sed dicent articulorum naturæ, quæ frigidi
emperamenti est parum, vel nihil familiaritatis est
um bile alioquin feruida. At istis dicemus nos;
ur bilis membranarum naturam non reformidat?
ur in inflammationes membranarum cerebri, co-
arumq; prona est? quin subiungemus, cur arte-
æ, & venæ, quę ad articulos feruntur, poterunt
euehere in articulos pituitam, sanguinem, suc-
ımq; melancholicum: bilem vero non poterūt?
Quod nam inter hæc diffidium? Quæ antipatia?
ed forte viro Clarissimo magis Galeni auctoritas,
uam antelata ratio fauet. Certe Galeni ea scri-
ptio est. Aliquando quidem igitur irruens hu-
mor sanguineus est: Vt plurimum verò pituito-
sus, aut ex pituitoso, & bilioso mixtus, aut etiam
sanguine cum ipsis permisto. Sed profecto hæc
erba non minus concludunt arthritidem fieri non
osse ex bile sincera, quam vim habeant affirmādi,
thritim non posse fieri ex sanguine impermisto,
q; sincero. nam si qua ratione concludunt arthri
n non fieri ex bile sincera, quod de sincera bile
entionem non faciat Galenus, eadem quoq; con
ıdendum est arthritim gigni non posse ex since-
sanguine, quod de sanguine sincero nullam fieri
Galeno mentionem appareat, iam nos affirmabi
us, quod posteaquam ex sincero sanguine genera
arthritim haud vetat isthæc Galeni auctoritas,
ulto etiam minus, vel certe propter eandem caus

Dubitatio.

Solutio.

Gal. l. x. de cōp. m. local. cap. 2.

ſam non impediet eadem auctoritas arthritim poſſe ex ſincera bile generari. gigni porrò arthritim ex ſincero ſanguine poſſe adeo in Galeni ſcriptis conſtans, clarumq; eſt, vt in controuerſiam verti non debeat, cum id potiſſimum nos quoq; demonſtraturi ſimus, atq; iam ſatis (quemadmodum ego perſpicio) ab alijs etiam ſit declaratum. Inter reliquos enim Petrus Salius hac de re luculentam habuit orationem. Non ſit ergo hoc dogma alicui perſuaſum, fieri ſcilicet non poſſe arthritim ex ſincera bile, cum iam contrarium ex probatis appareat. quamobrem aliam iam ſententiam examinemus. Occurrunt verò qui negant arthritim poſſe ex ſincera pituita generari, eo argumento permoti, quod pituita craſſus, viſciduſq; humor eſt: male autem poteſt humor craſſus, & viſcidus, ſeu glutinoſus huc, & illuc rellabi, ſi ſolus accipiatur, cum potius hærere ſoleat, & moram in particulis facere, quam huc & illuc præterfluere. Fouere videtur hanc rationẽ diuini quoq; Hippocratis auctoritas, qua ille ſcribit arthritim generari ex pituita bili remiſta. Hic „ morbus (inquit Hippo.) fit à bile pituitæ remi„ ſta, cum commota in articulos incubuerit. Sed qui hanc ſententiam tuentur, nimis videntur à rei natura, & ab Hippocratis conſilio, doctrinaq; recedere. nam quanquam verum eſt glutinoſos humores, qualis eſt aliqua pituitæ ſpecies, parum aptos eſſe ad fluxiones, & longe aptius hærere in vijs, quam fluere, & huc, illuc delabi; nihilominus, non eſt impoſſibile omnino, vt illi etiam vel attracti, vel expulſi loca varia petant, & per uarias corporis noſtri ſedes relabantur. Sed cedamus huic reſponſo & aliam iam doctrinam, explicando, afferamus. Ac illud quidem ab aduerſæ ſententiæ auctoribus efflagitemus,

Petrus Salius l. de affect. part. cap. 16.

Sententia illorũ, qui putant pituitam ſolam non poſſe arthritim generare.

Hipp. l. de affectionibus.

Reijcitur hæc ſententia.

gitemus, sit ne vna quæq; pituitæ species crassa, & glutinosa. Audiamus Galenum, non vnico loco docentem, pituitæ aliam esse crassam, & glutinosam, aliam esse tenuem, & serosam, eundem audiamus affirmantem, quod pituita faciens arthritim primum quidem est crassa, sed demum vbi in articulis moram contraxerit, fit quidem etiam non modo crassior, sed etiam viscosior. Audiamus tandē Auicennam constituentem pituitæ speciem hinc quidem crassam, & viscidam, hinc vero aqueam, & tenuem. Si igirur ex horum sententia obstabat pituitæ glutinosa qualitas, iam cum comperta pituita sit, quæ glutinositate careat, iam etiam concedi poterit dari quoque arthritim ex pituita. ad Hippocratis auctoritatem quod attinet, dicamus illum loqui de re; quæ magna ex parte fit, qualē nos quoq; concedimus esse arthritim, quam à pituita vt plurimū tenui alicui humori remista generari putamus, quemadmodum suo loco demonstrabimus. Sed iam illorum excutiamus sententiam, qui arthritim ex solo sanguine generari existimant, qui quod viderint Hippocratem, & Galenum, aliquando arthritim ex inflammatione produci affirmantem, eo deuenerunt credulitatis, vt opinari non timuerint, semper illam à sanguine generari, quorum sententiam iam supra ea in parte reiecimus, qua inflammationem tanquam caussam perpetuam ipsius arthritidis constituerunt, iam etenim supra satis probauimus aliquando quidem inflammatorium affectum concurrere ad arthritidis generationem, non semper tamen inflammationem caussam fieri arthritidis: si itaq; ratio cui innituntur fallax est, & nō idonea, minus quoque idoneam, nullaq; ratione fallacem esse ipsam etiam de sanguine sententiam necesse

Galen. 14. meth. c. 17. & l. 1. de aliment. facult. cap. 2. & alibi.

Gal. l. x. de cōp. m. s. l. cap. 2.

Auic. prima primi doct. 4. c. 1.

Gal. l. x. de cōp. m. secund. l. c. 2.

Num gignatur ex solo sanguine

Hipp. & Gal. l. 6. apho. 49.

Postremæ sententiæ examen.

Vera de arthritidis effectrice caussa sententia

se est. Quæ si bene determinata sunt, nobis amplã occasionem præbent eam postremo sententiam de arthritidis effectrice caussa & proponendi, & sustinendi, quæ supra exponebat arthritim à quocunq; humore, modo sincero, modo remisto generari posse. Quam sane sententiam non grauabimur & ratione, & auctoritate, & experientia confirmare. Ratione quidem, quoniam cum omnes fere nostri corporis affectus fiant ab humoribus modo sinceris, modo remistis, hos quidem frequentius, illos verò rarius, nulla caussa superesse videtur, propter quam vnica arthritis non debeat non possit eadem quoq; ratione generari. Adde, quod ad articulos æque bene possunt crassi humores suo pondere, atque tenues sua fluxibilitate decumbere, posteaquam non desunt viæ, per quas illi aptissime ferantur, quemadmodum suo loco demonstrabimus. Addatur & illud argumentum, quod compertum est magna ex parte verum, Mulieres quoad purgantur: Viros, quoad hemorrhoidales fluxiones patiuntur: Aluos denique lubricas, solutasq; habentes, aut nunquã aut infrequentissime arthriticis affectionibus laborasse. Iam vero huius ordinis euacuationes non minus hunc, quam illum humorem educunt, solentq; esse catholicæ seu vniuersales, & indifferentes. Si ergo illis humoribus, per illas euacuationes, expurgatis, fit ab arthritica dispositione preseruatio, rationi consonum est, ijsdem per earum euacuationum cohibitionem ad articulos defluentibus, arthriticã generari dispositionem. His similibusq; rationibus consentaneæ sunt veterum auctoritates. Nam omnium clarissime inter Arabas Auicenna hanc sententiam fouet, & auget, qui sine aliqua verborum implicatione sic scribit. Materiæ verò,

Hipp.6.apho.28 & 29.

Auic. 22. tertij tr.2.c.5.

aut

aut ſunt ſanguis ſingularis, aut ſanguis phlegmaticus, aut ſanguis melancholicus, aut ſanguis cholericus. Aut eſt phlegma ſingulare, & peius eo eſt crudum: aut cholera ſingularis: aut humor compoſitus ex phlegmate, & cholera: & plurimum quidem fit à phlegmate cum cholera. deinde à crudo. deinde à ſanguine. deinde à cholera. & raro fit à melancholia. Raſes eandem detur ſententiam habere, qui ab vtroque, vel po- us à quocunque humore ſeorſum illa gigni poſſe erſcribit. à qua certe ſententia ne latum quidem nguem videtur recedere Halyabas, qui cum nul- m de particularibus humoribus ſingillatim faciat entionem, illud in genere notat arthritim tunc enerari, cum articuli proni, paratiq; ſunt ad ſuſci endas ſuperfluitates. Aetius quoque, & Paulus, Alexander proponunt ſigna, & remedia ad arthri n modo calidam, modo frigidam. diuidentes licet humores facientes arthriticam paſſionem in lidos, & in frigidos. calidorum nomine ſangui- m, & bilem: frigidorum appellatione phlegma, melancholiam accipientes. Sed ſi de Galeni ntentia aliquam curam habere ſanum eſt (quod nnino nos hac, & in quacunque alia diſputatione e præcipuum volumus) quanquam non tam ex- eſſe illam fortaſſe colligere poſſimus, eam tamen qua ex parte intelligemus, ſi præter ea, quæ ipſe libris de compoſitione medicamentorum loca- m ſcripta reliquit, ea quoque ad memoriam re- cabimus, quæ ille alijs in libris teſtata voluit. His etenim cum ſcripſerit. Aliquando quidem igitur irruens humor ſanguineus eſt, vt plurimũ verò pituitoſus, aut ex pituitoſo, & bilioſo miſtus, aut etiam ſanguine cum ipſis permiſto.

Raſes lib. de arthrit.

Halyabas lib. 9. Theoricę c. vlt.

Aetius, Paulus, & Alex. loc. cit.

Gal. l. x. de cõp. m. l. c. 2.

Alibi

Gal.l.6. apho.t. cap. 16.

„ Alibi occaſione cuiuſdam Hippocratici aphoriſ-
„ mi ita ſcriptum prodidit. Qui verò ab aliqua
„ acritudine accidunt, ſi & caliditas vlla immodi-
„ ca acceſſerit, tunc ſolum euenient. Ex quo loco colligere facile vnuſquiſque poterit arthritim non modo ex crudis pituitoſisq; ſuccis modo ſolis ſinceriſq; modo calidis remiſtis generari conſueuiſſe; quod Galenum iam loco citato admonuiſſe vidimus, verum etiam ex acribus, & calidis fluxionibus procreari poſſe. atq; ſubinde, iam (eodem Galeno auctore) cauſſas arthritidis effectrices eaſdem eſſe prorſus, quas ex aliorum ſcriptorum ſententia attulimus. Nimirum calidos, acreſq; humores ſinceros: non minus quam crudos, ac frigidos. Quod ſi adhuc exactius inſpicere velimus, quam bene auctores iſti inter ſe conſentiant de humoribus frequētius, vel infrequentius arthritim producentibus, videamus Galenum, & Auicennam vno fere ore loqui: immo his etiam Raſim addamus. Galenus enim vt plurimum humorem facientem arthritim eſſe ſcripſit pituitoſum, aut ex pituitoſo certe & bile remiſtum. mox ſanguineum, ſeu ſanguinem ipſum: quod factum & à Raſi & ab Auicenna ſpectare licet, quin & Demetrius Pepagomenus apud Turnebum lib. de Arthrit. cap. 3. cum ex Hipp. dixiſſet ex bile & pituita fieri arthritim: Hippocratis ſententiam latius exponens. Alij tamen (inquit) ac fere omnes, ex omni humore cenſent. Atque vt arbitror ſic compendio orationis inſeruiens loquitur: in ijs enim ineſt humor, ſiccitas, calor, frigus. Sed hęc omnia inania forte, gratis, & libenter affirmaremus, niſi & rationibus, & magnorum virorum auctoritatibus, ipſa quoque vis experientiæ accederet. Quæ ſanè experientia iam vnumquemq;

Gal.l.x. de cōp. med.l.\c.2.

ıemq; docuit arthriticas passiones in primis posse
ıidem indiscriminatim à cuiuscūq; humoris seor-
m irruentis, omnium simul, vel aliquorum vnà
ruentium ad articulos fluxionibus, mox verò ma
ma ex parte à defluxu materiæ pituitosæ, calido
ipiam humori remistæ excitari. Id enim colori-
ıs, symptomatibus, vitę anteactæ ratione, iuuan-
bus, & lædentibus, alijsq; inditijs, de quibus suo
co proxime dicemus, apte deprehendi, distin-
ıq; poterit. Vt hanc propterea disputationis par
m claudentes, affirmare iam possimus arthritidis
ussam effectricem esse defluxum materiæ excre-
entitiæ, quæcunq; illa inter humorosas extiterit.
oc vero explicato illud superest examinare, sitne
e caussa, hic defluxus semper alicui malignitati,
neni speciem refferenti coniunctus (quod fuit
orundam scriptorum placitum) an dato quod
quando possit malignitatem habere sociam, pos-
etiam interdum sine vlla malignitate sæuire.

Num caussa Arthritidis semper maligna sit.
CAP. VIII.

Rofecto malignas arthritides reperiri, hoc est in
ueniri arthritides, quæ caussam effectricem ha-
ınt malignam, & veneni speciem refferentem,
gari sine absurditate, sine pertinacia non potest:
andoquidem præter quam quod infectis Galli-
ue arthriticis, idest in Gallica lue, quæ arthriti-
antea detentos inuaserit, in arthritide cui Galli-
n virus obtigerit: immo in natis ex arthritico
ente, Gallica quoque lue simul infecto, nemo
ı fatebitur concedi posse malignam arthritim,
e caussam habeat veneni qualitatis æmulam.
terquam, quod Auicenna aliquando perscrip- *Auic. 22. tertij tr. 2. cap. 5.*

F sit,

ſit. podagram cholericam interdum inuehere m
tem ſubito. Præter hiſtorias ab Ambroſio Para
relatas, quibus fidem abrogare iniuſtum videtu
Præter ea, quæ à Paulo ſcripta ſunt, interdum ſci
cet cæcam eſſe arthritidis originem immane ac
uum apparuit his noſtris temporibus arthritidis g
nus in Pokutio Regni Polonici prouincia non ig
bili, quæ modo à præcoci capillitij in tricas iam
creti præciſione: modo primaria inuaſione fer
ciens, artus miſere diſcruciat, illos dolore afficie
do, laxitate debilitando, in varios modos cont
quēdo, gibboſitatem ex vertebrarum articulam
tis inferendo, & omnino ſummam cladem breui
poris ſpatio comportando. Nouum, & inuſitatu
patribusq; noſtris ignotum prorſus virulentæ l
genus, quod neq; Gallicum virus eſſe deprehe
ſum eſt, neq; aliud aliquod, quod vel priſci, vel
centiores cognouerint. De eo certe nouo affe
nos conſultationem quandam edidimus, in no
lium Primatum Polonorum gratiam. Sed adu
ſus illam prodijt noua cuiuſdam ſuppoſititij, & fi
auctoris conſultatio, qua ille noſtrum decretum
pugnans, multa ea de re diuiti vena docet. S
de impugnatoris doctrinæ probitate noluimus
ſputare, neque vllo vnquam tempore illi reſpon
re quod temerarium, & valde incōſultum exiſti
mus cum laruis, & vmbris dimicare. Certe ſi ſ
ptor iſte peregregius nomen ſuum ſuis in ſcriptis
ſcio ſi ea appellem ακεφαλα, aut ἀνομαλα notaſ
quanquam, quod nunc ipſe occluſo & occult
proprio nomine me vnum inter alios, qui eo in
gumento ſcripſerunt delegerit, quem pro ſua vo
tate iudicet, accuſet, exagitet, nullam prorſus
doleat animi erga me bene affecti beneuolenti
&

Ambroſius Pareus l. 17. c. 2.
Paul. l. 3. c. 78.

& nulla propterea dignum responsione videbatur responditissemus ei tamen summa cum orationis lenitate, cum qua non comicos risus, sed vtilitatis fructum aliquem attulissemus. Nunc vero sic res processit, neq; ea de re in pręsentia quidquam scribere vel possumus, vel debemus. Sufficiat nunc animaduertisse dari arthritim posse malignam, hoc est à caussa maligna, speciemque virulentiæ refferente progenitam. Quemadmodum vero hoc negari sine inscitia, & sine rerum notissimarum ignorationis suspitione non potest, sic mihi minus probandũ videtur, quod aliqui ex recentioribus scribunt, nullam extare arthritim, quæ à caussa maligna, & abdita non fiat. quid enim caussæ sit, quamobrem isti velint arthritidis caussam facere abditam, & malignam plane non intelligo. Siquidem forte caussæ abditæ nomine velint natiuam quandam, & à semine contractam propensionem, præter quã quod non esset hoc de caussa effectrice proprie dicta, sed de caussis etiam, iuuantibus loqui, illud etiam tantummodo probarent, in aliquibus, non verò in omnibus, ac singulis arthritis speciebus, seu differentijs tale quidpiam inueniri. neq; enim quicunque est arthriticus, illico hanc dispositionem à parentũ semine deduxit, sed ipsi sua sponte homines frequẽter, alioquin ab optime constitutis genitoribus oriundi, propter immoderatum sex rerum non naturalium vsum, redduntur, euaduntq; arthritici neq; alios proprij mali auctores præter se ipsos habent. At hos à proprietate occulta arthritim contraxisse nemo certe probę mentis dicet, nisi forte & his deleteria aliqua humorum admisceatur caussa, de qua supra proxime dicebam: quæ quoniam neq; in omnibus, neq; semper extare solet, nulla potest ra-

Nouæ sententiæ impugnatio.

 tione

tione accipi tanquam quidpiam essentiale, & per in arthritide. Atq; hactenus satis (ni decipior) v sati sumus in cognitione caussæ effectricis arthri dis, itaut hucusq; nobis notum sit, quod, quale sit genus arthritidis: quæ pars subiecta: quæ tan sit caussa effectrix. Sed quoniam ad consumata cognitionem huius passionis non nulla adhuc cog tu necessaria videntur, perplacet illa singula sec sum distinguere, atque exactissime cognoscere Sunt porrò hæc, quæcunque pertinent ad modu generationis huius passionis, & ad cognoscenda n nulla symptomata, quæ hanc affectionem conc mitantur. Quocirca prius loquemur de ijs, quæ hanc generationis cognitionem attinent. Secun de symptomatibus verba faciemus.

De modo Generationis Arthritidis. CAP. IX.

SAnè arthritidis generatio tunc primum inno scet, cum primum notum fiet & quanam rat ne fluxio, quam diximus esse effectricem illius ca sam, articulos attingat, & qua ratione eadem flux à partibus, à quibus emanat ad articulamenta p ambulet. Hæc vero omnia aperta erunt si stat dicatur à quibus partibus fluxio discedat: per q vias iter faciat in articulos: & postremo qua tione in ipsa articulamenta agat, his namq; apte positis, iam vniuersa arthritidis generatio cōstal Equidem puto, quod ad fluxionem mandantes tes attinet, non vnicam esse nostri corporis parti lam, à qua ea fluxio in articulos mittatur, sed rias illius partes, prout varia ratione illas affici tingit, esse posse fontem & scaturiginem fluxio què quidem sententia, si ex veterum decretis manda est, multas illorum habebit auctoritates,

Partes mandantes fluxionem, seu terminus à quo fluxio distillat.

bu

bus fulciatur. Si vero rationibus, & experientia pro banda fuerit, iam neq; rationibus, neq; vsu experimentisq; carebit. Quocirca non sunt interim audiendi, qui nouam sententiam inuehere studentes, fuco orationis, verborumq; lænocinijs, priscorum doctrinam è medio surripere contenderunt, immo quam leuia illorum argumenta fuerint, hac eadem opportunitate patefaciendum. Prodeat porrò ante reliquos Diuinus Hippocrates, qui non obscuris verbis docuit febribus longis frequenter articulorum dolores succedere, quo ex loco possumus colligere non solum à certa quadam, determinataque corporis parte, sed etiam indiscriminatim à venis totius corporis, atque adeo à locis communibus mitti in articulos materiam, nam febres longæ non tantum fiunt putrescente materia in particularis alicuius visceris venis, quantum fieri quoq; solent, putrescentibus humoribus in vasis indifferentibus, atque communibus, vt proinde bono periculo affirmare liceat à toto corpore interdum generari posse arthriticam passionem, qua in re si quis adhuc hæsitet, is Auerroem consulat, qui scribit se ex febre acuta in arthritidem incidisse. at nemo est, qui nesciat acutas febres, vt plurimum, exoriri ex putrescentibus humoribus in locis indifferentibus, non modo capitis, aut membranæ pleuræ, aut hepatis, verum etiam in ipsis ramis venæ cauæ maioribus, nulli particulæ appropriatis, & omnino in venis, arterijsq; totius corporis ministerio, sine aliquo discrimine, seruientibus. Huius quoq; veritatis satis fidus testis esse idem Hippocrates potest, qui, scribit, quod quibus speratur futurum absessum ad articulos, liberat ab absessu vrina multa, crassa, & alba facta, qualis in laboriosis febribus,

Hippoc. l. 4. aph. t. c. 44. & 45.

Auer. 7. collig. cap. 37.

Hipp. l. 4. aph. t. cap. 74.

quarto

„ quarto die, quibuſdam incipit fieri: Nihil enim aliud nobis ſignificat illis verbis Hippocrates, qu quod Galenus in commento notat. Scilicet quo ſi natura valuerit per vrinam expurgare corpus, a ger ab abſeſſu liberatur, humorem ad articulos c cubiturum, per veſicam euacuans. Quibus quidem conſentanea docet Auicenna qui cum hæc, qu nos ex Hippocrate, & Galeno attulimus aptiſſim propoſuiſſet, addit & illud, horum humorum, q ad articulos decumbunt, vt plurimum eſſe magn partem ſuperfluitatum ſecundæ, & tertiæ coctioni Si igitur de termino, à quo arthritica proſilit ſcat rigo, ſeu, à quo fluxio arthritica erumpit, ſermo ſi dicimus illum eſſe poſſe primum quidem vniuers corpus: ſcilicet arterias & venas indifferentes, & nulli membro appropriatas, cui veritati adſtipula tur quæ à Iacobo Othæo de plethora totius corpo ris faciente arthritim ſcripta ſunt. Sed præter vn uerſum corpus, eſſe etiam ſecundo poſſe frequen ter aliquam determinatam corporis partem, al quod particulæ corporis membrum, ac viſcus. E præ cæteris caput, à quo quemadmodum in vnā quamque corporis ſubiectam partem promptus expeditusq; eſt cuiusq; excrementitiæ, vel aliqu modo ſuperfluę materiæ defluxus, ſic ipſos in arti culos neq; ſegnis, neq; impeditus eſſe conſueuit ſu perfluæ materiæ deſcenſus. Id aliquando memo riæ ſubijciebat Hippocrates, qui deſtillationes ſe fluxiones à capite ad articulos decumbentes, illor abſeſſibus, doloribuſq; occaſionē, præbere docuit Capiti ſuccedit ventriculus, ſuccedunt inteſtina. Ad ventriculum enim quod attinet, auctor eſt in ter recentiores Victor Trincauellius, ſe quendam ægrotantem curaſſe, qui ex ventriculi dolore in art

Gal. 4. aph. com. 74.

Auic. 22. tertij tr. 2. cap. 5.

Iacobus Othæus lib. obſeru. propriarum.

Hp. l. de loc. in Hiomine.

Trincauell l. 12 de cur. corp. morb. c. 1.

cularem

cularem diſpoſitionem incidebat, translata nimirum materia ventriculi dolorem faciente ad ipſos vniuerſi corporis articulos. Sed ventriculo proxima inteſtina ſunt, quæ ſine dubio ſolent & ipſa excrementitias, infenſasq; materias mittere in articulamenta: Vt enim taceam quod à Paulo ſcriptum eſt, factam olim fuiſſe metaſtaſim ex dolore colico in conuulſionem, iam nos vſu experientiaq; comprobauimus paralyſim aliquando colico dolori ſuccedere conſueuiſſe, quod minus ab antiquis ſcriptoribus, & in primis à Paulo videmus pernegatũ, qui eodem in loco, quamquã non dicat expreſſe arthritim ſucceſſiſſe colico (quod tamen video à nonnullis per errorem, & affirmatum, & ſcriptum) ſcripſit tamen deſinere in paralyſim. Quod ſi paralyſim contingere à colico dolore perſuaſum, experientiaq; inuentum eſt, quæ cauſſa poteſt facere quin etiam, decumbente materia ad articulamenta, gignatur arthritis? Sed vt hęc (quemadmodum proxime dicebam) prætermittam, quis non legit apud veteres ex diſenteria genitam eſſe arthritim? nonne Hippocrates lib. Prorheticorum t. c. aperte ſcribit podagricos dolores, ſi diſenterijs ſucceſſerint, optime curari? Sed nos multos habuimus, qui cum & arthritico, & colico dolore laborarent, vbi arthritide cruciabantur, immunes à colico viuebant. Vbi vero colico ferociente vexationes patiebantur, ne hilum quidem iacturæ aut moleſtiæ ab arthritica paſſione ſuſtinebant: qui omnino reciprocam habebant ex colico in arthritim, & exarthriti in colicum metaſtaſim. Hoc ipſo tempore, quo hæc ſcribimus, præ manibus nobis eſt Reuerendus & Religioſus Pater ex Capuccinorum ordine, qui hanc mutuam colici in arthritidem, & arthri

Paul.l.3.c.43.

Paul.l.3.c.cit.

Quorundam error.

Hipp.l. prorhet. t. c.

tidis

tidis in colicum permutationem maximo ipsius
lore, cruciatuq; indesinenter ferè, vel certe frequ
tissime patitur. atq; veritatis adhibeo testem eru
tum Medicum, Andrighettum Andrighettium
bilem Patauinum, publicum professorem: com
trem vero, & amicum mihi peroptimum, cum q
id ipsum videre, obseruare, & honestissimæ medi
nę candidatorum coronæ ostendere licuit neq; v
ro hoc Diuinum latuisse senem ex eo patet, qu
„ ille aliquando scribit, quod cui in dextra par
„ intestinum colon dolebat, & artuum dolore c
„ piebatur, erat quietior, postquam autem hic c
„ ratus est plus doluit. Non sit igitur alicui dubi
non modo ex ventriculo, sed ex intestinis etiam p
se ad articulos irruere fluxionem, articularem pa
sionem excitaturam. Porrò à Renibus aliquanc
arthriticam fluxionem in articulos decubuisse nc
erit dubitandum, si ad experientiam, auctorit
temque scriptorum orationem, mentemq; conu
tere tutum fuerit: ita tamen, vt quemadmodu
de intestinis, sic quoque de renibus res audiatu
scilicet quod quemadmodum ab intestinis ad art
culamenta, & ab his ad intestina datur promptu
materiæ recursus, expeditaq; permutatio, sic à re
bus ad articulos, & ab his rursum in renes facilis
promptusq; sit materiæ impetus, facilis expeditac
accesio. quamobrem ad experientiam quod att
net, vsu compertum est, quod qui diu laborarur
vnis renum doloribus, vbi primum articulari quc
que morbo affici cæperunt, statim etiam minus a
grè se habuerint quoad renes, atq; cum in frequer
tius, tum minori cum acerbitate nephriticis vexati
nibus laborarint: quos tamen interdum etiam ob
seruare licuit, dum arthritica passione detineren
tur,

Hippo. l. 6. epid. tex. com.

tur, melius quoad articulos habere cepisse, vbi primum nephriticus dolor irrepserit. Hoc, inter cæteros recentiores, affirmant Victor Trincauellius: Inter antiquos vero parũ aberit quin Galenus hoc affirmet immo vero neq; ab ea sententia Hippocrates abhorreat. Iam vero eadem fit materiæ translatio ab Hepate in articulos, quod adeo antiquioribus medicis erat probatum, vt illud tanquam exemplum aliquando ab Hippocrate allatum sit, qui sic scribit. Quamobrem non ineptè contemplandum qui nam morbi alijs succedant: veluti cum Iecinoris affectũ podagra succedens curat. Hoc idem de Vesica, & de Vtero dici videretur posse, nam ad vesicam quod attinet, nulla esse caussa potest quamobrem si fluxione decumbente ad vesicam, vel vlcus, vel lapis fiat non possit fieri arthritica passio si eadem irruat fluxio ad articulos. immo vero cum Hippocrates dicat nephritim, arthritim, vesicæ passiones, & alia id genus ætati senili conuenire, facile etiam dicet, posse harum affectionum mutuas fieri permutationes. Ad Vterum vero quod spectat iam celebre est magni senis oraculum; Mulierem podagra non laborare nisi menstrua defecerint: quod à Galeno in cõmen. animaduersum fuisse satis constat. Quid plura? nullum est viscus (si veteribus, si experientię fides adhibenda est) à quo non possit demitti in articulos destillatio: & rursum nullum extat viscus, in quod ab articulamentis fieri non possit fluxionis repulsio, atque reffusio. quod quidem prior omnibus Galenus visus est docuisse, mox etiam confirmasse Auicenna. Galenus namq; illa clare scribit. In his, qui articulari morbo, aut podagræ obnoxij sunt, si ab artubus repulsi sint humores ad aliquã

Victor Trincauel. loc. cit.

Hip. & Gal. l. 3. apho. 31.

Hip. l. 6. epid. t. c.

Hippo. l. & aph. cit.

Hip. l. 6. aph. t.

Gal. l. 2. de nat. hum. cap. 5.

,, partem principem, in eo solum remanet spes sa-
,, lutis, si iterum ad artus possint reuelli. Auicen-
na verò hunc eundem locum imitatus, immo ve-
ro ad suam sententiam transferens, ea verba relo-
,, quit. Et multoties quidem fit curatio dolor-
,, iuncturarum, & confortatio earum, & expulsi-
,, materierum ab eis caussa ad pernitiem. Quoni-
,, illæ superfluitates, quæ consuetæ sunt separari,
,, & peruenire ad iuncturas, perueniunt ad mem-
,, bra principalia, & si non trahuntur ad iuncturas
,, vice alia, faciunt cadere habentem eas in timo-
re. Hæc (ni fallor) satis aperte possunt docere n-
vnam esse nostri corporis particulam, à qua fluxi-
in articulamenta descendat: sed plures, easq; in-
ter se valde diuersas. quin & vniuersum corpus, po-
se eandem in articulos fluxionem aliquando mitte-
re: Vt propterea neq; Fernelius, neq; Fernelianc-
rum aliquis audiendus sit, qui ab vno capite vniue-
sam articulis cladem contingere contendit. qui-
enim magis esse aduersum rei naturæ, ipsisq; sensi-
bus potest quam existimare quidquid excrement-
rum nostris in corporibus est, si modo arthritide-
facere debet, primum quidem oportere caput pe-
re, illudq; afficere, ac deinde à capite per modu-
destillationis in articulamentorum regiones pr-
mere? forte à Iecore, à Ventriculo, ab Intestini-
ab Hemorroidibus non potest materia in articul-
proxime defluere, nisi primum in caput conuole-
atque à capite postea in ipsos articulos decumba-
Sic ergo res se habet de fluxionis arthriticæ fonte
hoc est de eo termino, à quo arthriticus deflux-
discedit, emanatque, articulos ipsos petiturus.

Auic. 22. tertij tr.2.cap.5.

Hęc eadē Paul. lib.3.cap.73.

De

De spatijs, per quæ fluxio intestina petit.
CAP. X.

SEd quænam sunt viæ, qui ductus, quæ spatia, & loca per quæ materia ista articulos occupatura iter facere debet? Ioannes Fernelius putat regiones tantummodo subcutaneas patere fluxionibus in articulos proficiscentibus: & sententiam nouam (quē admodum ille profitetur) nititur non nullis argumentis confirmare. Primum enim (inquit ille) spinalis medulla, neruiue nequeunt iter concedere fluenti humori, quoniam si per spinalem medullā, & per neruos fieret hæc progressio, necessarium esset in quacunque arthritide contingere paralysim: quod cum non appareat, minus etiam illud debet constitui. Secundo, subdit, Venæ, & Arterię nō possunt hanc viam præstare, nam per uenas, & arterias profluens fluxio inflammationem, proxime, permoueret, hoc tamen minime in arthritide apparet, quo circa neq; verum erit per venas, & arterias materiam fluentem in articulamenta proficisci. Tertio subiungit humores sinceri, & impermisti non possunt per alios humores confluere, secus si alijs humoribus admiscerentur, non fluerent sinceri: at nulla extat nostri corporis regio, per quam humores impermisti moueri, & sincere impermisti conseruari possint, vnica excepta subcutanea regione, superest igitur, vnicam subcutaneam regionem posse esse spatium idoneū, per quod humores fluentes progrediantur, profluantq; in articulos. Postremo addit, successuram esse anasarchæ cuicunque, & quandocunq; euenienti arthriticam passionem si humores per venas, & per arterias confluant ad articulos. atque his omnino argumentis nouæ sen-

tentiæ auctor, ſuam de ſpatijs, per quę fluxio deſtillat, opinionem munit, ac ſuſtinet. Veruntamē neq; opinio, neq; opinionis fundamenta mihi vnquam probari potuerunt: quod enim antiquorum patrum doctrinæ aduerſiſſimum eſt: quodque rerum euidentię prorſus repugnat, optime Deus, qui vnquam, niſi diſſenſionum, hæreſumq; amator ſuſcipiet? Age, quæſo à te, videas, quam aperte priſci medicinæ proceres ſcribant per alias etiam regiones, præter quam per ſubcutaneas materiam relabi ad articulos. Inſpicias primum Hippocratem & cum Hippocrate Galenum, appellare fluxionem arthriticam interdum inflammationis nomine, quemadmodum ſupra notauimus. At inflammatorium affectum excitari non poſſe niſi fluente materia per venarum, arteriarumq; canales, conſtan videtur veterum ſimul, ac recentiorum opinio. Inſpicias ſecundo ex cholico dolore gigni coxendicē podagram: at à colo inteſtino ad articulamenta alias præter cutaneas regiones patere vias nemo negat: quin forte nemo negabit minorem vel etiam nullam partem, in deuehenda arthritica hac fluxione, conferre ſubcutaneas regiones, bonam verò ac maximam partem obtinere ductus cęcos, atque inconſpicuos. Inſpicias tertio arthritim ſuperuenientem vitijs Iecoris, illius vitia perſanare, & omnino ad memoriam reuoces quæ proxime de mittentibus partibus dicebamus, à quocunque ſcilicet viſcere noſtri corporis, poſſe defluere in articulos fluxionem, & ab articulis in viſcera remeare. hæc .n. ſi mature æſtimando cōſiderabis facile etiam comperies, fatuum eſſe putare hanc materiam, hac ratione iter recurrentem, ſemper ad ſubcutaneas regiones expelli, & per illas ab articulis in viſcera, & rurſum

Hippo. & Gal. loc. citat.

rurſum à viſcerjbus in articulos meare,& remeare, quæ ſanè omnia faciunt vt credamus non modo per ſubcutaneas regiones fluere, ac refluere materiam arthritidem excitaturam,verum etiam per quęcũq; alia ſpatia quæ in humano corpore reperiantur,primum quidem per ſenſibilia, venas,arterias,neruos, tendines, muſculorum ſpatia,partiumq; intercapedines, ſecundo verò per poroſitates carnium inconſpicuas, & ſi qui tandem alij fuerint abſconditi, & ignoti meatus. Diuinus Hippocrates auctor eſt vniuerſum hominis corpus eſſe trãſpirabile vnamq; eſſe illius partium mutuam conſpirationem, & totum eſſe vndequaq; meabile ac peruium: Idem aliquando ſcripſit per oſſa fieri abſeſſum: nihil etenim naturæ expellenti ſecernentiq; difficile, nihil prorſus inuiũ,& inacceſſum videas pulmones alioquin aerem detinentes, qui corpus prætenue eſt, admittere tamen pus in cauitate thoracis collectum, & illud ipſum arteriæ ita communicare, vt per tuſſim tandem facile, & expedite excerni poſſit. Videas aquam hidropicorum in abdominis capacitate cõtentam, aliquando per vrinas expurgari, quod nos in Illuſtriſſima & præclariſſima matrona Patauij vidimus. Inſpicias parotidas per vrinas aliquando expurgatas, quæ fuit accurata Galenicę ſolertiæ adnotatio. Videas pleuriticorum inflammationem per ſeceſſum, per vrinam aliquando ſanatam,quod neque Galeni temporibus ignotum fuit, neq; his noſtris ſeculis vſquequaq; inauditum, aut infrequens. Ergo cum corpus hac ratione vſquequaq; peruiũ, & tranſpirabile, adhæc mutuo quodam conſenſu ſibi ipſi ſecundum ſingulas partes conſentiens ſit, & tot tantiq; morbi fiant petente affecta loca materia per multiplicia locorum ſpatiorumque genera,

Hipp.l.de loc. in Hom.

Gale. in Epidemijs.

Gal. lib. illo de loc. aff.

Vna

Vna articularis affectio per sola subcutanea spati suam generationem obtinebit? suam in se fluxio nem recipiet? Neq; vero nobis faciant negotium quæ pro Fernelio adducta sunt, illa etenim (vel no bis nihil vltra scribentibus) sua sponte cadūt. Quod enim primo loco proponitur facile solui potest, animaduertatur in elocutione latere æquiuocatio nis non nihil. quandoquidem si materia, quam d cimus per neruos, & per spinalem medullam, de scendere, vere in spinalem medullam, & in neruo reciperetur, sine dubio illud absurditatis sequere tur, quod à Fernelio propositum est, ad quancūq scilicet arthritidem consequi semper paralysim, tū enim propter obstructionem, impedito per eas via transitu spiritui animali, vel irradiationi, necessari esset ad paralysim arthriticos quoscunque peruen re: Nunc vero quoniam materia fluxionis non in neruos, aut in medullam recipitur, sed per interc pedines neruorum, & carnium, per intercapedine partium spinæ adiacentium decurrit, nulli sit mi rum, si nullam illa paralysim, nullam illa conuul sionem gignit. Quod verò secundo loco à Ferne lio affertur de inflammatione, adeo parum vrget vt fere non sit dignum confutatione, neque enin multum abest quin supra id satis sit enucleatum. quod etenim in arthritide frequenter inflammato rius affectus vrgeat supra satis ex Hippocratis, Ga leniq; sententia est demonstratum. Sed quod non semper sit affectu cum inflammatorio rerum eui dentia monstrauit. nam & si ex arterijs, & venis aliquis per eas vias aduectus humor in intestina co riuetur non propterea illico inflammationem per moueri necessarium est, vt propterea modo inflam matorij affectus speciem arthritis obtineat, modo

Hipp. & Gal. 6. l.aph.t.c.49.

etiam

etiam non. Tertium erat argumentum de humorum impermiſtione, quam conſeruari non poſſe putat, illis per venas, & per arterias comeantibus, cum in arterijs, & in venis illi ſemper permiſti ſint: ſed hoc argumentum inane declarat vis noſtri corporis excretrix, qua quotidie inſpicimus ex ipſis vaſis ſinceros detrudi humores ſingillatim, vbi illa vel per criſim aliquem morbum finire, vel ſtimulata, ab ſe quod noxium eſt abijcere contendit. inane etiam illud docet vis medicamentorum attratrix, qua vna ſæpe ſincera pituita, vel ſincera bilis e venis in inteſtina, & inde extra corpus pertracta, ſecretaq; apparet: Non ergo fuerit difficile, natura expellente, & ſecernente, in articulamenta, ex venis, arterijſq; ſinceros defluere humores, qui arthriticam affectionem facturi ſint. Neq; vero inde deduci apte poteſt quod ſupra Fernelius argumentãdo inferebat, ſcilicet vnicuique Anaſarchę implicatam iri ſemper arthritim, nam hoc neceſſarium eſt, cum in anaſarcha modo ad inteſtina decumbat, modo non decumbat humor pituitoſus, quemadmodum experientia quotidie animaduertitur. Repetamus igitur, ad ſpatia quod attinet, per quæ fluens humor iter ſuum conficit, non eſſe ſubcutaneas modo regiones, verum etiam interiores alias vias, arterias, venas, intercapedines inter neruoſas membranoſaſq; naturas & carnes, carnium poroſitates, ſpatiaque reliqua inania, quæ in partibus ipſis inueniri ſolent.

De Termino ad quem peruenit fluxio, ſeu de locis articulorum qui afficiuntur. *CAP. XI.*

POſt quæ iam videndum, quæ ſint loca in articulis, in quæ recipiatur materia fluxionis: quam rem

rem quoniam magna ex parte supra exposuimu
nunc breuissime tractabimus. Profecto non su
hæ partes hæc loca, nerui, ac tendines, postequa
in neruos & tendines ita materia non recipitur,
illi ipsa repleantur, nam dictum iam est, successu
conuulsionem, vel paralysim. nō replentur auter
non certe propter eam caussam, quam affert Th
mas Erastus, quia scilicet humor tantum aqueus
articulos confluat, qui nullam habet extendendi
cultatem, sed potius laxandi: quare potius in arth
tide ex Erasto nerui & tendines laxantur, quàm t
dantur. hoc enim dictu valde est absurdum, prim
quia possunt cum nerui tum tendines ab aquea q
cunq; humiditate non minus distendi, quam laxa
exemplo cordarum: deinde quia in arthritide ta
tum abest vt obseruetur sensus laxitatis, vt poti
animaduertatur sensus tensionis, sensus tensiuu
cum inter alias doloris proprietates, quas in arth
tico dolore experiri contingit, tensio ipsa maxin
refulgeat. Adde quod cum in arthritide ligame
ta tendantur, necessarium est ipsos etiam tendine
& neruos quadam consecutione extendi, quod a
quādo seorsum animaduertisse Galenum legimu
Gal.l.6. aph.49. Sed non replentur imbuunturue nerui ac tendin
in arthritide, quoniam neq; in eorum porositat
substantiasue medullares, neq; in eorum fibras,
villos materia recipitur, sed potius recipi solet i
circumpositas illis circumiacentesq; regiones, i
ut aptius dicas illos premi, comprimi, & grauari
quàm possis affirmare, illos impleri & imbui ea m
teria. Si vel secundum medullarem substantiam
vel secundum fibrosam replerentur iam inde par
lysim, hinc vero conuulsionem contingere oport
ret: nunc verò neutra harum affectionum accidit

restat

reſtat ergo illos non repleri, non imbui. Neque vero mirum ſit neq; in medullarem, neq; in fibroſam ſubſtantiam neruorum & tendinum recipi materiam fluxionis arthriticæ, quandoquidem fluxio (quemadmodum ſupra dictum eſt) nunquam vel certè infrequentiſſime per eos iter facit, ſed ſolum vel per intercapedines inter eos, & carnes, locaq; circumiacentia, ad articulamenta comeat, vel per carnium poroſitates, vel per ſpacia alia inania, vel per vaſa hoc eſt arterias, & venas, à quibus facilius, ſine dubio eſt, effundi materiam fluxionis in alia articulamentorum loca extra tendinum neruorumq; corpora poſita, quam in ipſammet tendinum neruorumq; ſubſtantiam, quæ potius præmitur, & grauatur, quam repleatur, imbuaturque: Vt hoc loco etiam admirari Fernelium par ſit, qui in tendinibus etiam materiam arthriticam ſtabulari fatetur, cum tamen ille Galenica ratione permotus negarit deſcendere materiam per ipſos tendines. Sed quidquid ſit de huius inconſtantia: Cum materia iſta non recipiatur in ſubſtantiam tendinum, & neruorum: quas nam in articulamentorum partes recipietur? Recipietur ſanè in ligamenta ipſa, quæ quanquam non doleant, cum ſenſu quoque illa carere natura prouidentiſſime voluerit, ſunt tamen in cauſſa vt partes neruoſæ illis conſentientes & finitimæ doleant, ab illorum diſtenſione extenſæ: ab illorum mole tumoris grauatæ, & compreſſæ. Recipietur inter membranulas & oſſa, ſæuo quidem & ferociente dolore, cum ipſæ membranæ maxime ſenſu præſtent, & in diuiſione ab oſſe maxime doleant. Recipietur in ſpatia inania articulamentorum, in quibus coaceruata, præmet, grauabit, alterando afficiet ſentientes articulorum partes tendines,

Fernelij error.

nes, neruos, membranas, musculos. Recipietu etiam aliquando in articuli pyxidem, quemadmodum cum Auicenna supra à nobis fuit ostensum. Itaq; dolebunt partes articulorum, hoc modo in illas recepta fluxione. Difficiliq; motu detinebuntur articuli. Quæ duo quoniam in arthritide maxime molesta sunt, debent exactius exponi.

De Dolore, & de Difficili Motu in Arthritide.

CAP. XII.

DVæ hę actiones læsæ in arthritide totum negotium videntur facere miseris ægrotantibus. Nam quo tempore doloris ferocia sæuit, arthritici aut nihil, aut parum motum difficilem lamentantur. Vbi vero desæuijt, & decreuit dolor, rursum ipsa motus difficultas esse molesta incipit: lamentanturq; ægri quod consuetas operationes obire nequeant, quod habeant ligatos articulos: Et propterea de his duobus symptomatibus illorumque generatione, & caussis non nihil dicendum: In primis vero arthriticis doloris idæa & proprietas est aperienda. Profecto ad dolorem quod attinet, fuse de illius natura & caussis in genere diximus postremo illo libro de Humani Corporis Turpitudinis quē superiori anno edidimus: atque ad eum locum lectorem remittimus, qui poterit etiam nouam de doloris caussa proxima sententiam non inutili labore perlegere. Nunc verò cum in Arthritide maximopere vrgeat dolor: Quis nam & qualis est hic dolor? quæ nam & qualis est huius doloris proprietas? Video vigere sententiam cuiusdam Viri Clarissimi, Dolorem arthriticum esse tantummodo tēsiuum: & arthritici doloris proprietatem esse tendendi; seu tensionem ipsam. Et innititur hęc sententia

Proprietas Arthritici doloris quæ: Et cuiusdam Clarissimi viri sententiæ dilucidatio.

tentia huic rationi. Ex Galeni: Pauli: Aetijq; sententia non fit arthritis, nisi ex materia replente articulamentorum loca: At dolor qui ex materia replente nascitnr, inuehit necessario sensum tensionis, restat ergo dolorem arthriticum esse tensiuum. Sed hæc sententia mihi videtur obscura, & melius declaranda. Nam si simpliciter ea ratione proferatur falsa forte fortuna alicui videbitur. Quando quidem cum materia faciens dolorem in locis articulorum, varia occupet loca, & varie etiam in articulorum particulas agat, videtur etiam posse varias dolorum species, & proprietates excitare, non simpliciter dolorem tensiuum. Rem cominus agamus: Quis, quæso hominem quencunq; solertissimum, vnquam negabit, arthriticum dolorem esse interdum compressiuum? interdum frangitiuum? interdum pulsatiuum? interdum mordicatiuum? interdum etiam tensiuum? Videas. nonne fiet dolor frangitiuus in arthritide? Non ne diximus materiam interdum recipi inter ossa articulorum, & eorundem periostia, seu membranulas? at quo tempore in hunc locum recipietur materia, non ne exciri oportebit dolorem prçcipue frangitiuum? Simili ratione dictum est in arthritide recipi materiã in spatijs articulorum, & illam comprimere modo tendines & neruos, modo musculum circundantem articulum, si hoc est verum, quod certe verissimum esse nemo negabit, nonne eueniet vt, comprimente materia musculum, fiat dolor compressiuus? comprimente neruum & tendines, & impediente, vel certe diminuente transitum facultatis animalis fit quidam dolor stupefactiuus, seu obtusus? Sic quoque dictum est in arthritide interdum excitari affectum inflammatorium: si in hac inflammatio-

ne comprimantur arteriæ circumpositæ articulis quis dubitat excitatum iri dolorem pulsatiuum: Dictum quoque est humorem facientem arthritid esse consueuisse interdum sinceram bilem : An fo tasse sincera bilis non aget in partes sentientes arti culorum, magis mordicando, & corrodendo qu extendendo? An non arthritici isti narrabunt se n minus sentire mordicatiuum, corrosiuumq; dolo rem, quàm extensiuum? immo vero nonne expre se & magis lamentabuntur de dolore corrodente,& mordicante, quam extendente? Ergo cur dolore tantummodo extensiuum dicemus esse arthritid proprium? reliquos uerò negligemus? Sed quid An forte aliquem latet sæpe contingere, vt Arthr tici de quacunq; alia doloris proprietate magis cō querantur, quam de dolore tensiuo? narrabunt n rarò arthritici se pati dolorem mistum ex omnibu istis proprietatibus in vnum simul coalescentibus tendentē scilicet, frangentē, mordicantē, pulsant dolorē. Facit ad hanc eandem veritatem confir mandam, quod superius iam diximus, dari interd arthritim ex inflammatione. At inflammatio no semper tensiuum tantum dolorem infert: Sed fre quentissime ipsum dolorem creat pulsantem: grau tiuum, compressiuum. Itaq; sicut certum est dol rem per arthriticas exacerbationes excitari, sic ce tum quoq; erit eundem dolorem non semper es tensiuum, & propterea non posse doloris tensiu proprietatem in definitione arthritidis assumi. N que faciant difficultatem, quæ ex Galeno alijsqu antiquis adducta sunt: quandoquidem quanquar nos non negamus sæpe dolorem arthriticum es tensionis proprietate affectum, tuncq; maxime es tensiuum, cum materia faciens arthritim conside

Galen. lib.2. ad Glauc.

ratur

ratur solum quatenus replens, tamen illud addimus in arthriti esse considerandas etiam alias doloris proprietates, quæ sequi solent alias quoque materiæ operationes; nam (vt dixi) si materia non magis replendo agat, quam mordicando, quam comprimendo; quam membranam ab osse diuidendo, aut aliquid aliud tale faciendo, iam (sine dubio) dolorem exoriri oportebit, qui proprietatẽ habeat, materiæ actionibus respondentem. quamobrem non est Galeni, aliorumque veterum doctrina vsquequaque communiter interpretanda, vel tanquã vniuersalis audienda: atque eatenus vt vera recipienda, quatenus in parte illa, in qua affertur loquitur: non vero alia ratione. Sic concedemus, vt plurimum, materias fluxionum arthriticarum agere tendendo, & propterea magna ex parte dolorem facere tensiuum. non tamen vel solum vel semper tensiuum dolorem in arthritide concedemus, hinc Galenus ex materia acri dolorem arthriticum quoque excitari posse docuit, & proinde materiæ illũ facienti consentaneum. Sed præter dolorem, qui neq; semper adest tensiuus: neq; semper absolute in arthritide adest, perpetuo arthriticos difficilis concomitatur motus. Nam siue doleant, siue non doleant arthritici, habent motus operationem læsam: Cuius certe symptomatis generatio ex ipsa materiæ confluxæ pręsentia nascitur. quandoquidem & si materia arthritim creans quod attinet ad copiam extendentem, ad qualitates, vel mordicantes, vel corrodentes, & omnino ad alias actiones nihil ex vsu artis in doloris productione agat: Non tamen hinc desistit desinitue motus difficilis; quoniam ad lædendum motum quæcunque perexigua materiæ copia esse satis potest; at ad dolorem infe-

Gale. 3. aphor. t. cap. 16.

De difficili motu

ren-

rendum conferta & violenta caussæ actio desidera tur: ratio est, quoniam ad naturales motus obeundos copiosa abundansq; facultas expostulatur, cum tamen in perexigua facultatis vi sensus seruari soleat. quocirca si vel parumper deficiat à suo robore facultas, vel certe perexiguum habeat impedimentum, motum impediri necesse est, quod si excitari sensatio tristis debet, ac proinde vitiari sensus non nisi magna & conferta vis actionis sufficiet. Itaque etsi cesset dolor, comminuta ea materiæ copia & qualitate, quæ potis erat dolorem facere: non tamen difficilis cessabit motus, non tamen motus difficultas submouebitur, si modo aliquæ adhuc materiæ reliquię in particulis articulationis motibus destinatis remaneant: hæ enim quęcunque, & qualescunque fuerint, difficultatem semper motus parient, quamobrem Galenus adhoc respiciens, & de sola intemperie verba faciens eam habuit orationē:

Gale. 3. aphor. t. cap. 16.

„ Si enim immodice factæ consumpserint articulorum humiditates, difficilem quendam motum ob siccitatem efficient, forte verò & non nunquam dolorem. quo ex loco apparet, vel Galeni sententia, & dolores maius quidpiam morbo postulare vt generētur. & non semper in arthritide animaduerti: Difficilem verò motum ex quacũq; caussa etiam imbecilla contingere. Et quanquam ibi loquitur Galenus de intemperie sola: non tamen parum consentit ijs, quæ de materia quoque affirmari, doceriq; possent. Iam verò fit iste motus difficilis, non modo quia ad motum doleat particula affecta, quod nonnulli male censent; sed etiam, & multo magis, quia vere partes articulamenti motibus destinatæ, à materiæ præsentia veluti ligatæ sint, impotentesq; subinde redditæ ad articu-

li

li motum vel edendum, vel ſuſtinendum. Sed poſteaquam hæc ſatis videntur expoſita, iam ad reliqua transſeamus.

Varia Problemata ad Arthritis generationem pertinentia.

CAP. XIII.

Cur materia factura arthritim in corpore congeratur.

ERunt autem illa: cur materia excrementitia factura arthritim in corpore congeratur: cur congeſta confluat & moueatur: cur moueatur ad articulos: cur ad articulos confluxa in illis plus iuſto detineatur: cur in articulis non generetur. & poſtremo cur à Galeno ſcriptum ſit confertim materiam illam ad articulos confluere: His namque expoſitis, vniuerſum de arthritidis generatione argumentum videbitur abſolutum. Ad primū quod attinet: certum eſt, quod ſi vel noſtri corporis particulæ eſſent exactiſſimè temperatæ ſimul & impatibiles, vel vitæ ſtudia & in primis ſex rerum non naturalium vſus moderatiſſime adhiberentur, conſuetæ vero corporis euacuationes, inter reliqua, muneribus proprijs fungerentur, vel non generarentur in noſtro corpore excrementa, vel certe genita expurgarentur: ſicque nulla fieret materię excrementitiæ noſtris in corporibus redundantia. Nunc quoniam noſtri corporis particulę ab exacto illo ſimetro ſtatim cadunt, ſuntq; natura patibiles, variuſq; eſt, ac promiſcuus rerum non naturalium vſus, propterea fit, vt cum excrementitiæ materiæ generentur, tum etiam genitæ detineantur: quę tamen variæ erunt pro partium affectarum, & excrementitiam materiam particularnm non expurgantium ratione. quandoquidem perfrigeratis humectatisue capite vel ventriculo, pituitæ prouentus continget. Supercalefacto hepate, ſiquidem humiditas

Demetrius Pepagomenus lib. de arthritide c.2.

miditas accedat sanguis superabundans, ac super
caneus, si vero siccitas addatur biliosa, melancho
caq; materia multiplicabitur: quæ sanè in corpo
detinebuntur, si consuetas illarum euacuation
vel diminui, vel supprimi contingat. Si enim p
nares, per palatum, per secessum non procedat n
turalis excrementitiæ pituitæ euacuatio, ipsam p
tuitam congeri necessarium erit: si vero melanch
lico habitui vel hæmorrhoidalis excretio consue
desit, vel varices sanentur Mulieri vero menstru
expurgatio deficiat, iam oportebit his de caussis
his corporibus hæc excrementa congeri & agger
ri. Porrò ad secundum quod spectat, certum e
hanc materiam congestam multiplicatamq; es
mobilem, nam & quia humorosa ac fluida, est eni
(auctore Auicenna) humor corpus fluidum, & qu
vel ponderosa vel leuis, moueri omnino desidera
sed vt actu moueatur, multa facere possunt. In p
mis vero id præstant connatę nostrorum corporu
facultates, attrahens, expellens, retinens, nam (
notat Galenus) nisi hæ facultates vicissim ageren
nulla reumatica passio generaretur: sanè expel
facultas stimulata vel à copia, vel à praua qualit
te, vel simul ab vtraque causa. Retinet plus iust
vel vitio facultatis detentricis, vel propter exter
errorem: vitiatur facultas detentrix itaut plus ius
contineat, aut propter morbos instrumentarios ar
culorum impedita: aut propter morbos similar
labefactata. Hinc Gal. aliquando cuiusq; natur
lis actionis vitia ad hæc duo capita redigebat.
Hippocr. ad similares morbos respiciens in coxe
dice dicebat siccitatem esse in caussa vt materia di
tius detineatur. Vitiatur autem propter externo
errores, vbi humor confluxus ad articulos, redd
tus

Cur materia facta arthritim moueatur.

Auic. prima primi doct.4.cap.1

Gal.l.2. de diff. feb.cap.vltimo.

Galen.13.meth. cap.3.

Galen. lib.3. de symp. c.primo.

Hipp 6. aphor. 1.c.vltimo.

tus est vel magis crassus, vel magis lentus, vel magis pertinaciter impactus. Sic Galenus materiam dicebat in articulis interdum ita incrassari vt in tophum migret, quo in casu illa amplius expelli nequit, vitiata prorsus & plus iusto agente facultate, quę retinet. Sed de attrahente maior forte viget dubitatio, quomodo illa vitietur, & à quibus caussis. Nam quæ duæ calor, & dolor à Galeno afferuntur, varijs rationibus, à Ioanne Argenterio exagitãtur. Etenim ad dolorem quod pertinet, illum attrahere eo argumento Argẽterius decernit, quod expellat potius, quæ enim pars dolet, ipsum dolorem, ipsiusque doloris caussam nunquam non contendit expellere; inditio sunt quæ stimulant & lacessunt ac tristem sensum afferũt omnia, quę statim propter dolorem & molestiam expelluntur: si ergo dolore expulsio viget, eodem dolore non vigebit attractio. Ad calorem verò quod spectat cum Galenus scribat ad vitandum vacuum fieri per calorẽ attractionis opus, inquit Argenterius, esse ridiculũ existimare vacuum attrahere, nam neq; fictile aliquod, neq; vitreum vas vbi inane est, propter vacuum trahet, neq; ipsum vacuum sua natura vi tractrice præstat, nihil prorsus cum in se ipso sit: omnis autem attractro similitudinis ratione fiat, quare, inquit Argenterius, quæ trahunt, cum vt retineant trahant, non possunt non sibi simile trahere, sic calor non alio nomine quam similitudinis ratione trahet. Hæc & alia huius ordinis ab Argentino allata sunt in Galenum. Sed præstat veritatem aperire, cum, hac patefacta, facilius deinde futurum sit Argenterij ambagibus satisfacere. Naturalis facultatis attractió in primis ad simile ordinatur. nã quidquid particulę vis, facultasque ad se allicit, id tan-

Gal. l. 9. de cõp. med. l. cap. 2.

Gal. l. de Tum. præt. nat. c. 2.

Ioannes Argenter. lib. suo de caussis morborum cap. 6.

De Dolore, & Calore, quomodo attrahant.

Argenterij sententia de Tractione à calore.

Gal. 3. de facult. natur. cap. 6. & alibi.

quam ſibi domeſticū, & familiare pertrahit. quod profecto fit ea naturæ prouidentia, quæ ſingulis ſingillatim proſpicit, quę cuiuſq; conſeruationem procurat, conſeruationem namq; à ſimili fieri certum eſt. Sic allicitur alimentum ſimilitudinis ratione: ſic humor purgandus à pharmaco: ſic palea à ſuccino; ſic à magnete ferrum. hinc mirus ille rerum cōſenſus, mirabilis illa ſympathia. Videntur hæc tamen melius quoq; attrahere ſi calorem habeant auxiliarem: nam ſic ſcriptum eſt à Galeno de cathartico medicamento. Sic videmus excalfactum ſuccinum validius trahere: ſic naturam partium, interuentu caloris tractionis munus perſoluere. Cæterum in rebus violentis: in ijs, quæ morboſè fiunt tractionibus longe ſecus res ſe habet. neque enim ſic ſubſtantiæ expoſtulatur ſimilitudo, neq; ratione huius ſimilitudinis in his fit tractio, ſed quemadmodum dictum eſt, calore, doloreq;. Videndum ergo qua nam ratione dolor, quaque ratione calor trahere & dicantur, & poſſint. Sunt qui de calore dicant trahere ad vitandum vacuum, quod putant à Galeno quoque exiſtimari, atq; iſti calore factam tractionem, ad ea, quæ vi vacui fit redigunt, quo nomine Argenterius quoq; Galenum accuſat. Sed & Argenterius & recentiorū nonnulli alij decipiuntur ſimul, nam Galenus aliam eſſe exiſtimat tractionem, quam vis vacui, aliam, quam calor ſuapte natura inuehit. Et poſteaquam Argenterius negat quoque dari eam, quæ fit vi vacui. oſtendamus nos ex Galeno, dari non hāc modo verum etiam illam, quę à propria caloris natura fiat. Galenus certe non vnico in loco docet dolorem ad ſe trahere: nam aliquando ſcribit dolorem ad ſe ſanguinem trahere: & aliquando, dolorem ſanguinis fluxum incitare:

Gal. l. 5. de ſimpl. cap. 16.

Aliorum ſententia de Tractione Caloris.

Galenicæ ſententiæ explicatio. Galen. l. de cur. rat. per ſang. miſſion. cap. 8. Gal. lib. 1. meth. cap. 4.

&

& aliquando dolorem exacuere inflammationem Veruntamen alibi Galenus rem hanc explanans docet dolorem suapte quidem natura non trahere, sed esse tamen in caussa quamobrem pars dolens ,, humoribus repleatur. In doloribus enim inci- ,, pit quidem inflammatio ab eo, quod affligitur ,, sed quidquid fit phlegmones, id superpositę partes efficiunt. Sed enucleatius adhuc hanc eandem veritatem perscribens hanc habet orationem.

Gal.l.2. de diff. feb. c. vlt.

Gal.lib.13. metho. cap.3.

,, Docuimus in eo opere, quod de naturalibus fa- ,, cultatibus edidimus, vnam esse naturæ faculta- ,, tem, quam excretoriam dicimus. ea suo mune- ,, re tum fungitur, cum triste aliquid sentit. Vnum ,, verò quidam est ex ijs, quæ eam contristant ipsa, ,, quæ dolorem excitat caussa; quæcunque ea sit, ,, hanc igitur eijcere dum properat, phlegmonem ,, interdum in particula concitat, cū enim primis ,, suis conatibus nihil proficit, vehementius aggres ,, sa, quod infestat, expellere, sanguinis aliquid, & ,, spiritus ex superpositis partibus in afflictā simul ,, exprimit. Atque hinc fit, quod ex dolore parti- ,, cula, pro portione confluentis in eam humoris, ,, in tumorem attollitur. Ex his ergo patet dolorē on suapte natura, & immediate attrahere, sed seundario; prout in affectam particulam immittit x superpositis particulis aliquid, quo pars inflamnari intumescereq; possit. Sed & patet etiam doorem ferè proxime, & immediate expellere potius lā statim vt natura à dolore molestatur, contra nolestam caussam ad expulsionem consurgit. ed & ex his consecutione etiam apparet quomoo sit satisfaciendum Argenterio, neganti dolorem ttrahere propter eam caussam, quia expellat. Nam etsi verum est dolorem ferè immediatè expel

lere, quemadmodum dictum est; id tamen etiam est verum, dolorem secundario attrahere: attrahere, inquam in eum sensum, quo pars affecta dici debeat tunc trahere, cum humoribus magis, occasione doloris; eo, quo dictum est modo, grauatur. Sic ergo res se habet de dolore. At de calore quid dicendum? Credimus nos cum Galeno calorem suapte natura trahere, aliamq; esse rationem tractionis factæ à calore; aliam tractionis factæ vi vacui.

Gal. 13. met. c. 3.

Galenus enim de inflammatis particulis loquens scribebat, quæ trahunt, ea morboso calore trahere at in parte tensa, & inflammata, quæ nam est hæc vis vacui, propter quam tractio fieri possit? quin nonne est potius in ea quædam distensio, atque repletio? Viget tamen morbosus calor, vi cuius fieri tractionem credibile est, quod adhuc confirmatur argumento, desumpto à contrario; Vt enim frigus suapte natura repellit: sic calor suapte ingenio trahit.

Gal. l. 5. simpl. cap. 16.

Certe Galenus quæ similitudine substantiæ trahunt, adminiculante etiam calore vti monet. Natura enim caloris hoc habet inter reliqua, vt trahat; quam ob caussam fortè factum credimus, vt quo loco de tractionis differentijs sermonem faciens

Gal. l. 3. de fac. nat. cap. 15.

Galenus, duarum tantum tractionis specierum, nullam verò de calore mentionem facere videatur. calor enim omnibus trahentibus, & in primis ijs, quæ per substantiæ similitudinem trahunt facile consentit, atque communicat. Cur ergo materia excrementitia in corpore colligatur: cur etiam moueatur dictum est.

Cur fluxio ad articulos in arthritide moueatur.

Succedit tertium problema in ordine propositum cur scilicet ad articulos moueatur: Cui sane expedite respondet multis in locis Galenus. Nam ad articulos mouetur, & quia in illis non generatur, sed ad illos mittitur; & quia articuli red-

diti

diti ſunt reliquis partibus imbecilliores. Non generari materiam excrementitiam in articulis, in arthritidis productione, certum, indubitatumq; eſt: quo enim pacto gigni in articulis ſanguis, vel bilis, vel melancholia, vel pituita poterit? mitti vero, ſeu moueri ad articulos (vt monet Galenus) propter inſignem illorum imbecillitatem ſatis apertum videtur; cum ad arthritidis generationem non ſufficiat copia, & pręſentia reumatos, ſeu defluxus, ſed requiratur etiam neceſſario ipſa articulorum imbecillitas, quæ ſi deſideretur, procul dubio non arthritis, ſed alicuius alterius partis vigebit affectio. quia igitur articuli imbecilles ſunt, & ad partem corporis imbecillam decumbere ſolent defluxus, fit vt ad articulos, potius quam ad aliam corporis partem defluxus irruat. Sunt autem articuli imbecilli, triplicem ob cauſſam; Primum ſuapte natura. Secundo hæreditario iure. Tertio verò aquiſititia ſeu adventitia diſpoſitione. In genere ſunt imbecilli articuli ſuapte natura, quandoquidē articulus eſt pars naturaliter quamplurimis alijs noſtri corporis partibus imbecillior, quod perbellè notabat Galenus, qui Hippocratis locum cōſiderans, quo ille tuſsim ſanatam ſcribit tranſmiſſa ad articulos materia, ſubdit. Cumq; tuſſis vrgeret, vires robuſtę humorem expulerunt, & ad imbecilliores partes amandarunt. Quod autem eſt articulis imbecillius? ſiue ſtatum ſuum ſeruent, ſiue præter naturam ſint affecti. Et alio in loco, cum Hippocrates de tuſſi, & de ſputo loqueretur, abſceſſibusq; non nullis, cum dixiſſet Hippocrates, quod ſi ſputum non bene procedat, nec bona ſint quæ in vrinis ſubſident, periculum eſt, ne aut articulus claudicet, aut multum negotij faceſſat. Scribit in commento Gale-

Gal. l.6. aphor. t. cap. 28.

De Articulorum imbecillitate.

Auic. 22. tertij tr.2.cap.5.

Hipp.7.in 6. de morb. vulgar. t. cap.16.

Hipp.2.Præſag. t.67.

Gal.2. Præsag. com. 67.

„ Galenus, Atque huiusmodi quidem abscessu
„ in articulos decumbere, quod & in lib. de mor
„ bis vulgaribus scriptum reliquit, hoc loco obite
„ indicauit, cum dixit periculum esse, ne articu
„ lus claudicet: horum autem caussa est, articulo
„ rum amplitudo fluxiones irruentes excipiens.
Sunt igitur articuli pars nostri corporis imbecilla etiam si statum suum naturalem seruent. Consisti autem hæc illorum imbecillitas in ea naturali arti culorum constitutione, quam operatio propria cuius gratia illi facti sunt, desiderabat. cum enim articuli instrumenta esse deberent voluntarij mo tus fiant verò voluntarij motus multiplices, opor tebat articulos esse ad omnes obsequentes, ita ut in quancunq; partem voluntas vellet, illi mouere m bra possent. At hæc ad motus ciendos aptitudo es se non poterat sine partis, quæ motum hunc sustine ret perficeretq; cum laxitate, tum humiditate qua dam: quippe arcte densata, exiccataq; corpora, & indiuisibili coalitu mutuo cohærentia, siccitateq adhęc optimè compacta neque flexionibus, nequ erectionibus, neq; omnino varijs motibus sunt ido nea: mollia vero flexilia, exsolutaq; membra, & fle cti quoquo versus, & susq; deq; torqueri facile so lent. Cum igitur tales partes sint articuli, qui om nino ab vnis ligamentis videntur robur omne tan dem recipere, præterea vero gaudeant quadam hu miditate coniuncta, propter quam deficere in mo tibus, exsiccariq; nimis deuitent, fit vt natura pro pria, partium aliarum respectu, imbecilles admo dum sint, & ad fluxiones à partibus reliquis susci piendas peridonei habeantur. itaq; hoc primum no mine articuli imbecilli sunt. Sed & imbecilli dicũ tur hæreditario quodam interdum iure: Nam qu

filij

filij e parentibus arthriticis nascuntur, præter natu ralem partis imbecillitatem, aliam illam quoque vt dicebat Aetius obtinent, quam à parentum semine nacti sunt. Sic aliquando scribebat Hippocrates ab arthriticis, arthriticos generari. Et quanquam hęc à semine articulorum contracta imbecillitas non statim nobis natis se se prodat, nihil tamē obstat, quin ipsis etiam in pueris illa appareat, itaut etiam pueri à parentibus arthriticis orti, arthritide laborare possint. Et quanquam Hippocrates aliquā lo scribit pueros podagra non laborare ante vsum venereorum, de ijs tamen pueris (quemadmodum censemus nos) id præstat intelligere, qui à parentibus arthriticis orti non sunt, cum ab arthriticis natos pueros, ante venereorum vsum, arthritim passum esse, certum, experientiaq; obseruatum sit. Vt illorum expositionem non recipiam, qui locum illum Hippocratis examinantes de pueris in commu ni omnibus, sententiam audiendam decernunt, nō excipientes illos, qui à parentibus arthriticis originem duxerunt, istos namq; facile etiam ab arthritide capi posse neq; Hippocrates negasset, quanquā enim puerilis ætas propter multam caloris abūdantiam difficillimè capi, vel omnino non capi arthritide possit, si tamen puer aliquis sit, qui genitores arthriticos habuerit, hunc non erit omnino impossibile arthritica pariter dispositione detineri: ad quem certè puerorum ordinem non facere Hippocraticum aphorismum credere par est: neque eam ob caussam illius sententiam (quod video à nonnullis fieri) impugnandam existimauerim. Sed & tertia tandem additur imbecillitas articulorum, quam aliquis sibi asciuit propter malum sex rerum non naturalium vsum, de quibus quidem proximè dicturi

Aetius l.12.c.7.

Hipp.l. de affectionibus.

Hippo.6. apho.t. c.30.

Hippo. loci expositio.

Brasau.& Cardanus l.6. apho. t.c.30.de nonnullis pueris arthriticis.

cturi sumus. Siue ergo harum aliqua, siue omne simul articulorum imbecillitates articulos fatigent iam caussa idonea relata erit, propter quam decum bere fluxionem in articulos oporteat. Quærebatur porrò, quarto loco, caussa, quamobrem materia in articulis iam recepta, in illis diutius detineatur. Profecto quod detineatur plus iusto materi in articulis caussa esse potest, aut facultatis vitium aut obiectum aliquod, externumq; erratum diffe taneum, sic enim his omnino duobus nominibu lædi quamcunq; actionem Galenus auctor est. A vero facultas detentrix vitiabitur vel propter mo bos instrumentales impedita, vt propter tumorem propter spatiorum angustiam, viarumq; compre sionem. uel propter morbos similares, & in primi propter luxuriantem humiditatem labefactata pr pter quam expulsio imbecillior reddita in caus erit cur humor excrementitius plus iusto detinea tur. Externus autem error fuerit, vel copia, vel cr sities, vel lentor visciditasq; humoris. De extern errore mentionem aliquando faciens Galenus, i arthritide reperiri interdum pituitam instar puri incrassatam scribebat: eamq; etiam progressu ten poris in ijsdem articulis obfirmatam primum qui dem glutinositatem, atque lentorem, mox tanden tophaceam naturam nancisci. De morbis simila ribus orationem habens Hippocrates, & cum eo G lenus, siccitatem dicebat in caussa esse vt materi etiam diutius detineatur: quod tamen etsi de con firmata tantum arthritide intelligendum esse ali qui vellent: quandoquidem in incipiente arthriti de, articulorum loca humida potius intemperie la borare, quam sicca, & ratio docuit, & experimenti confirmauit; quin Auicennæ auctoritas express hoc

Cur materia in articulis plus iusto detineatur.

Gal. 3. de sympt. caus. primo.

Gal. l. x. de cõp. m. l. cap. 2.

Auic. 22. 3. tra. cap. 5.

hoc ipſum teſtatur, qui aliquando idæam articulorum imbecillitatis conſiderans, eam eſſe dicebat laxitatem quandam, humiditati coniunctam. Nos tametſi non negamus confirmatam arthritim ſic citati articulorum maxime coniungi quod Hippocrates docebat ſcribens in diuturnis coxendicis doloribus crura contabeſcere, & ſi etiam non imus inficias incipiente arthritide vt plurimum humida intemperie articulos affici, attamen credimus etiã gigni à principio arthritim poſſe ex ſiccitate, non quod vna ſiccitas poſſit ſine materiæ affluxu arthritim facere, hoc enim iam cum Galeno & Hippocrate ſupra ſatis demonſtratum eſt, fieri nulla ratione poſſe cum dolores, difficilesq; motus articulorum ex ſiccitate ſola, proprie arthritis dici nequeant: ſed quod ſi ſiccitas in articulis progrediatur, neceſſarium eſt etiam articulorum calorem reddi imbecillum: debilitato autem articulorum calore, facile erit ſi in corpore redundent excrementa, vt fluxio ad articulos debilitatos decumbat, atque ſic vera gignatur arthritis ex ſiccitate oriunda. Argumentum ſint tabidi, quos aliquando arthritide correptos vidimus. Deniq; tumores morbiq; alij instrumentarij detentricem afficient, impedita nimirum ipſa facultate, quod quidem in arthritide frequentiſſimum eſt, & familiariſſimum, quando arthritis vt plurimum cum articulorum tumore & cõpreſſione ſit. Sic detinetur plus iuſto materia in articulis. Niſi fortè & eam addere rationem velimus, detineri plus iuſto in articulis materiam, quia calore articulorum illa digeri in halitum, & aſſimilari tota non poſſit, vel quia idem articulorum calor ſit imbecillior, vel quia materia fuerit copioſa, & craſſa: & omnino vel coctrice vitiata, vel ex-

Hipp. lib.6.aph. t. vltimo.

Gal.3. apho.16. & Hipp. in Epidem.

terno itidem errore concurrente. Quamobrem sic poterimus etiam aliam problematum partem examinare, cur in articulis materia non gignatur. Nã etsi humor naturalis nullus in articulis gigni potest, quemadmodum supra dictum est, fieri tamen etiã solet, vt propter caloris articulorum imbecillitatẽ, aut propter externa errata, & male in illis fiat coctio, & male etiam fiat assimilatio, sicq; congerantur ipsis in articulis materiæ excrementitiæ arthritim proprie dictam excitaturæ. Vnde etsi articulis non insit vis gignendi particulares humores, tamen debilitatis iisdem articulis inerit hæc facultas congerendi excrementitias humiditates, superuacaneasq; materias, à quibus permoueri arthritis possit. Superest vt videamus cur à Galeno scriptum sit materiam irruere in articulos. Nam & libro de compos. med. local. & in Præsag. & in Epidemijs expresse arthriticorum fluxiones irruere in articulos scribit.

Cur in articulis materia non gignatur.

Lib. x. de comp. m.l.c.2. 2. præsag.t.c.67. & 7. in 6. Epid.t.c.16

Quomodo moueatur fluxio Arthritica, irruendo ne, an sensim.

CAP. XIV.

PRofectò ad hanc rem quod attinet, negare non possumus, materiam in articulos fluentem non sensim & sensim, sed confertim, & irruendo delabi. Hoc namq; à Galeno primum antedictis locis expresse scriptum est. deinde verò rationi est consentaneum, nam si materia paulatim ageret non autem confertim, dolores certè excitare nulla ratione posset: vt namq; dolor fiat, caussa requiritur violenter, & confertim agens. Si ergo fluxio sensim, paulatimq; agat, certum est illam dolores minimè excitaturam: Quoad vsq; igitur dolor molestus est, & cruciat, eousque credi debet materiam

con-

confertim,& violenter agere, & propterea irruere fluxionem in sentientes articulorum partes, quo supra dictum est modo. Sed quoniam multum extat temporis spatium quo arthritici, vel nihil, vel parũ dolent solumq; difficilem habent motum, quemadmodum exposuimus, propterea præstat credere dari etiam tempus in quo fluxio arthritica non irruat, sed sensim & sensim moueatur. Et propter hanc caussam fortè Galenus nunquam affirmat fluxionẽ arthriticam irruere, nisi cum de dolore arthritico loquitur. nam & libro illo de compositione medicamentorũ, & in Præsagijs, & in Epidemijs, arthricam passionem inprimis considerat, habito respectu ad dolorem; propter quem certè dolorem, cõfertam, violentamq; fluxionis motionem ante oculos habet. Quod si non dolorem, sed difficilem motum: si non tempus arthritidis, in quo viget dolor, sed illud, in quo solus vrget difficilis motus cõsiderasset, iam etiam fluxionem sensim & sensim, non verò confertim agentem examinasset, Itaque mouetur anthritica fluxio varia ratione, primum quidẽ confertim, quod tempore doloris facit, quo certè tempore irruens mouetur: mox verò sensim, & sensim, quod facit extra doloris tempus. Vt hinc eos nõ integrè de anthritide fuisse locutos existimare oporteat, qui fluxionem quatenus irruit tantũmodo considerarunt, non verò alijs temporibus, quibus illa sensim placideq; mouetur.

Colligitur Definitio Arthritidis. C A P. X V.

HActenus ergo integrã peruestigauimus arthritidis definitionem, nam nihil reticuimus, q̃d vel ad genus illius, vel ad partem affectam, vel ad caussam proximè effectricem pertinere possit; quã

certè si ex dictis quispiam colligat, non aliam, quã eam assignabit. Arthritis est difficilis voluntarius motus, propter materiã excrementitiam plus iusto in articulamentis detentam.

Integra arthritidis definitio.

De Caussis Mediatis. CAP. XVI.

ILlustriora hæc fient si non nihil de caussis mediatis, cum internis, quam antecedentis, tum externis, quas procatarticas, & occasiones, Galenus appellat, quambreuissime dicatur. Inter caussas ergo considerantur Aetas: Temperamentum: Naturalis origo: Animi perturbationes: Excretio & Retentio: Motus & Quies: Somnus & Vigilia: Vinus, Venereorumq; vsus. Sed & non vulgarẽ immo maximam vim habent Anni tempus, & Aer aerisque mutationes, & quidquid ad aerem reduci potest. Cibus & Potus: Medicamenta aliqua: Caussæ contundentes, & afficientes extrinsecus articulos. Et alia id genus. Inter ætates igitur, quemadmodum puerilis omnium difficillimè arthritidi exponitur: sic senilis maxime in arthritim est prona: quamobrem Galenus cum Hippocrate senes omnium maxime articulorũ doloribus esse subiectos perscripsit. quanquam hac in parte non vulgaris apparet ipso in Hippocrate difficultas, cum ille alio in loco scribat, iuuenilem potius ętatem in arthritim esse pronam. Sunt qui soluant contradictionis nodum, dicentes Hoc loco Hippocratem non affirmare iuuenilem ætatem esse in arthritim quancũque indiscriminatim propensam, sed in eam seorsum quæ ab humoribus biliosis producitur: alio vero loco supra citato dum de senili ætate verba facit, loqui de quacunque in genere, quæ quoniam à pituita sit, propterea senibus magis est consentanea.

Hipp. l. 2. aphor. 29. & l. 3. eiusdẽ t. c. vltimo.

Dubitatio.

Hippo. l. de affectionibus.

Solutio prior.

Sed

Sed hæc solutio non satisfacit dubitationi. nam neque potest Galenus Hippocratesue affirmare senes esse magis pronos ad quamcunq; arthritim, seu ad arthritim in genere, cum maxime ad arthritim pituitosam illi parati sint: neque potest iterum Hippocrates indefinite loquens, affirmare de iuuenibus eos ad arthritim particulariter biliosam esse propensos: sed res videtur alia compositione decernenda, ac profecto librum illum de Affectionibus ex genere esse illorum, quibus multa ab alijs auctoribus interiecta sunt, constans & Galeni, & aliorum probatorum hominum viget opinio, esseq; propterea non integrè Hippocraticum certum est: quocirca si quis huius libri enunciata obijciat Aphoristicis sententijs, atque cum illa, tum istas tanquam æqualiter doctrinam Hippocraticam recipiat, ac ad concordiam reducere contendat; ego certe hunc facile non probarim. quod enim aliquis auctor Hippocraticę doctrinæ permiscere voluerit, quæ infida & falsa sunt, non debet nos posteros deinde cogere ad eam doctrinam cum Hippocratis doctrina confirmandam, quæ nihil vnquam absurdi, nihil vnquam dissentanei continuit, qualis certe doctrinæ absurditas hæc esset Iuuenes esse arthritidi magis expositos. Quocirca vigeat Hippocraticum dogma superius propositum, ętatem senilem caussam esse non obscuram arthritidis, quod isti maxime ætati arthritica affectio propria videatur. At inter tēperamenta non facile dices, quod nam ad arthritim magis propendat. Illud tamen facile affirmabis, ea corporis temperamenta ad hanc affectionem propendere, quæ varijs constent partium temperationibus. Vt cum quis iecur alioqui calidum nactus, caput humidum vel frigidum, vel frigidum simul

Consulitur ea solutio.

&

& humidũ, præterea vero ventriculum eadem ma
la temperatura affectum habuerit: adhæc etiam ar
ticulorum robore non multum præstet, latasq; ti
venas tum arterias habeat; hunc enim facile fueri
in arthritim labi, & arthritide toto suæ vitæ tempo
re excruciari. De naturalibus dispositionibus à se
mine deductis, cum Aetio & Hippocr. iam supr
dictum est, genitos ab arthriticis arthriticos vel in
pueritia reddi; qua in re illud animaduertere præ
stat, filios etsi genitos à parente, quo tempore ill
non dum pati incepit arthritim, euadere tamen ar
thriticos: quod quidem in PerIllustri Viro Anto
nio Marchesio Vtinensi, & in alijs verum experien
tia deprehendimus. hic enim etsi in consistentia
ætate arthriticus redditus sit, genueritque filium
antequã esset arthriticus, hic tamen illius filius ips
in pueritia arthritim pati cępit, & pauco deinde tẽ
poris interiecto spatio arthriti vniuersali est captus
caussa est, quod etsi actualis arthritis genitorem nõ
detinet, quo tempore, quibusue annis genuit filiũ
inerant tamen genitori ipsi membrorum disposi
tio, articulorumque imbecillitas, quæ omnia natis
deinde communicari facile & solent, & possunt.
Porrò quonam modo animi perturbationes ad ar-
thritim gignendam faciant, non est difficile animad
uertere, cum istæ capitis, ventriculiq; imbecillita-
tem inuehant, omniumq; partium atque adeo arti
culorum calorem non parum labefactent, itaut scri
pserit aptissimè Paulus animi pathemata non mo-
do sopitam arthritim suscitare, verum illam etiam
primario, cum antea non esset, generare consueuis-
se. Superessa verò aliqua euacuatio familiaris, &
consueta, mirifice potest ad arthritim gignendam:
nam & vlcera antiqua sanata: & fonticuli, qui per
multos

Aetius lib. 12. c. 7. & Hipp. lib. de affectionibus. Demetrius Pepagomenus lib. de arthrit. cap. 6.

Paul. l. 3. c. 78.

multos annos gestati fuerint siccati: & suppressæ hemorrhoides, & cohibitæ ante tempus menstruæ expurgationes & sanatæ varices, quinimo naturalis mucorum pituitæq; per nares euacuatio, ad palatum deriuata, aut omnino interdicta, sudor consuetus cohibitus, aluus suppressa exiccataue: vomitus familiaris prætermissus & abolitus, consueuerunt hoc malum vel nouiter generare, vel quiescentem commouere, vel intermittentem restituere. Quamobrem & mulieres podagricas non fieri scribebat Hippocrates, nisi vbi illas purgatio menstrua præcoциter deseruerit ex fonticulis exsiccatis nõnullos in colicum dolorem, inde vero in arthritim incidisse nos vidimus, neq; desunt exempla recentiorum scriptorum, quæ eandem confirment veritatem. Auicenna auctor est suppressam quancunq; euacuationem posse arthritidis caussam esse non leuem. Somnum quoque plus iusto familiarem otium, vitamq; nimis sedentariam, caussis arthritidis ab omnibus ferè sctiptoribus ascribi receptum est. Sic Galenus quo loco scribit suo tempore innumeros esse arthriticos, cum antea tempore Hippocratis illi essent numero pauci, inter caussas illas otium nimium enumerat, maximum verò momentum ad arthritim gignẽdam obtinent intermissum aliquod exercitium. Sed hoc idem malum, nimiæ quoque vigiliæ, nimia exercitia pariter inferunt, diuturna quidem, intensaque peruigilia calorem natiuum artium deijciunt, & variorum excrementorum generationi caussam præstant. Hoc faciunt diutinæ ambulationes equitatusq; vt dicebat Paulus & incommoda exercitia: quamobrem & Scythas & alios, qui in equitationibus toti sunt, facile arthritici, & potissimum ischiadici fieri consueuerunt.

diutini

Gal.2.aph.4. & com.6.in 6.epid. tex. cap. 8. & Ioannes Camerarius de obseruationibus suis ex Ioanne Schenchio. Auic.22.3.tr.2. cap.5.

Hipp.6.aph.23.

Auic. loco mox cit.

Gal.6. aphor. 1. cap.28.

Auic. loco cit.

Paul.l.3.c.cit.

Hip.l. de Aere, Aquis, &c.

diutini namq; motus, articulos ſiccant, illamq[...]
imbecillitatem caloris inducunt. Nocent autem [...]
primis nimia omnia exercitia ſi à repletione (vt n[...]
Auic. loco ſupra cit. tat Auicenna) ſeu à cibo ſtatim fiant, hoc enim [...]
articulis infenſum eſt, tum verò congerendis in c[...]
pore cruditatibus per quam opportunum. Cæte[...]
de Venereis quid opus eſt dicere? Cum in gene[...]
Gal. in art. medic. ex Epicuro illud (vel Galeno refferente) conſt[...]
hominem tunc Veneri indulgere debere, cum [...]
ipſo debilior reddi voluerit, id verò receptum [...]
non modo in vniuerſo corpore, verum etiam ſec[...]
ſum in ijs partibus, quę proniores ſunt ad imbeci[...]
tatis labem concipiendam, quales ſunt articuli, [...]
tis patet vel ex Epicuri dogmate, Venerem poſſe [...]
thritim quam maximè permouere. Sed ſeorſu[...]
Hipp. l. aph. t. & Gal. in com. Hippocratis oraculum exponens Galenus, quo il[...]
eunuchos podagra nō tentari ſcribit, manifeſte d[...]
cet quantum ad podagram permouendam effica[...]
tatis habeat Venus, ipſorumq; Venereorum vſu[...]
Sed cum Venus arthriticis ſemper infenſa ſit, [...]
primis videtur illis maxime aduerſa, ſi intempeſt[...]
ua adhibeatur, quod optime animaduertentes Pa[...]
lus, & Auicenna intempeſtiuam Venerem inter a[...]
thritidis cauſſas retulerūt. quod namq; Venus inc[...]
modum ſola præſtat: multo grauius affert ſi il[...]
quoq; intempeſtiua, hoc eſt vel ſtatim à cibo; v[...]
poſt longa exercitia, vel ſæpius repetita exerceatu[...]
quin in pueris ante pubertatis finem, in ſenibus, i[...]
conualeſcentibus intempeſtiua ſemper fuerit Ve[...]
nus, quamobrem certe vna venus, vel ſopitam a[...]
thritim ſuſcitabit, vel nunquam antea moleſtam, i[...]
uehet: vel præſentem ſummopere adaugere pote[...]
Gal. loco cit. & libr. de Tuend. Val. cap. rit. cauſſam quæris? in promptu eſt: diſſoluit cal[...]
rem natiuum omnium partium, illarumq; maxime[...]

quæ

quæ exiguo præstant calore, quales articuli sunt. Auctor est Guainerius se obseruasse vxoratos, qui quo tempore vxorem habebant maxima ex parte in lecto, gutta deprehensi, iacebãt; qui tamen mortua vxore, & cælibem vitam ducentes, aut rarissimè cabiebantur, aut, breuissimo temporis spatio detinebantur arthritide. Iam verò de Aere, Aerisq; mutationibus, Ventis, Regionibus, ac reliquis, quæ ad aerem pertinent, illud in genere præstat animaduertere, aerem nimis frigidum, & prætenuem, articulis esse, ac capiti, imo vero ventriculo vniuersæque membranarum familiæ inimicum, & posse subinde (quod ad ipsum attinet) arthriticas affectiones permouere. Et quanquam non oẽs, qui in frigido, borealiq; aere viuunt: adhæc neq; oẽs, qui etsi in aere tẽperato orti se deinde frigido aeri exponũt, arthritim patiũtur: hoc tamen fit vel quia illis natura e est sub tali cælo viuere: vel quia istis inest vis robusta caloris; propter quam magis illorum calor roborari solet. in quem certè sensum credi potest ab Hippocrate scriptum esse, Ventres hyeme, & vere calidissimos, & somnos longissimos. Consideratione indignus non est locus Hippocratis etiam repetitus, quo ille de anni temporibus ad arthritidem promptioribus sermonem faciens, scribit Vere, & autumno hoc imprimis malum sæuire, neq; enim vere, autumnoue pituitæ prouentus habetur maxime: sed hinc quidem sanguis, inde vero humorum variorum permistio, prout autumnus esse inconstans solet. at à pituita, vt plurimum generari arthritim, constans est Galeni sententia; quam nos supra quoque comprobauimus. Dirimi omnis ambiguitas potest, si dicatur hyeme, & vere arthritim gigni facile posse, non quidem propter particularis

Gauinerius de Aegritudinibus Iunctur c. 27.

Hip. l. 1. aph. 15.

Hipp. 3. aph. 22. & l. 6. eiusdem operis t. c. 55.

Gale. l. x. de cõp. m. l. c. 2.

alicuius humoris redundantiam: sed propter eam mutationem, quam nostra corpora ijs potissimum temporibus experiuntur. In ea namque mutatione haud difficile est, excitatos commotosq; humores omnes, decumbere ad articulos, inter eos verò maxime, quà magis proni sunt vt articulos occupent. Siquidem articulis imbecillioribus exsistentibus, facili negotio, possunt ab anni tempore mutatione commoti humores, atq; illi, in primis, qui ipsis cum articulis similitudinem, affinitatemq; habent, ad articulos, dilabi, atq; in illis arthriticam facere dispositionem. Certe experientia obseruauimus circa autumnum maxime, & circa ver, huiusmodi affectionem arthriticos diuexare. Nescio si quæ arthritis Menapijs, alijsq; Rheni, & Mosæ acolis familiaris describitur à Dodonæo, in aerem referenda sit. Illud est certissimum gentem illam nō minus aerem frigidum inspirare, quàm vino, & epulis copiose, & supra frugalitatem indefinenter ac hibere: vt non minus metuendum sit malum ex a sumptis, & vitæ studijs, quam ex aere ortum trahere, sed vtcumq; res se habeat, satis apertum est aerem sæpe vnū arthritidem nouiter excitasse: quod vidi ego sæpe in ijs, qui iter facientes, sub luna, sub nocturno gelu, & ambulare, & dormire: sæpe eti in nuda terra corpus quiescere adducti sunt, quo arrhritica dispositione captos ego non semel curaui. Quo tempore hæc scribo, ab arthritide sanatu est iuuenis, ætatis suæ annum agens quintum supr vigesimum, qui cum Venetijs propter ingētes isto cęli calores sub dio dormire voluerit, & detecto co pore totam noctem sub vmbra lunæ in somno tra here non timuerit, esset q; à matre arthritica oriun dus, incidit in arthritim vehementissimam, atq; se

Dodonæus Hist. stirp. Pemp. 3. l. 5. cap. 3.

uissi-

uissimam, à qua tamen, Dei, primum, mox, mei opera, in præsentia liber viuit. in eandem, forte etiam in sæuiorem lapsurus, nisi optima viuendi ratione imminentis morbi seminibus vim inferat, seque ea ratione aduersus illã constanter instruat. Succedunt cibi, & potus, in quibus certè multis nominibus, hac nostra ætate, peccatur. Primum nãq; varietas, mox quantitas, tertio qualitas, tandem ordo & importunitas in pernitiem nõ articulorum modo, verum singularum etiam partium calorem agunt. Atque ad varietatem quod attinet, quanquam exstãt, qui ciborum numerum varietatemq; nulla ratione damnent, quòd intelligant quãcunq; illorum varietatem, in vnam tandem chilosam naturam, substantiamq; coire, ac permutari. Hoc nihilominus sine ventriculi clade dici non potest, quẽ multopere à varijs cibis labefactari credibile fuerit: idq; multo magis, si varia cibaria sint non modo numero, ac specie, verum etiam natura ac substantia, ut nimirum esse solent dura, mollibus admista; & concoctu facilia, cum concoctu difficilibus. seditionem etenim in coctione excitari, ad hæc cruditates iugiter superesse necessarium videtur. Hoc idẽ malum nimia inuehit ciborum potionumq; quantitas, quæ ceu quidam externus error, non minus quam vitiatus ordo, ipsam frangit coctionem, & cruditatibus occasio fit. hæc verò quantitas nimia non modo in cibis, potibusq; optimis, & vndequaque probandis: verum etiã in vitiatis, improbisq; maximam cladem afferre solet. quod enim malum est, copia multiplicatum fieri solet deterius. Sed non minoris est momenti ciborum, potionumque qualitas: nam & legumina, & lac, & frigida omnia tum actu tum potestate articulis valde infesta sunt,

Cibi & potiones quomodo arthritim faciant.

Gal. multitudine ciborũ arthriticos multiplicatos docet lib.

Gal. 6. de Tuẽd. val. cap. 7. & 3. de symp. cauſ. 1. & Aet. Paul. & Auic. loc. antea citat.

Gal. l. de bonit. & malit. ſuccorũ

Gal. 4. in 6. epid. 13. & l. 3. aph. t. 16. 17. Hipp.

& arthriticæ affectionis dispositionem cõtinere vir-tute quadam solent. Olera quoque cum agrestia, tum domestica. arthriticam affectionem inuehũt, si frequenter adhibeantur. Glacies, nix, salnitrũ, & alia id genus, quę ad poculos, calicesue refrigerandos, ad gulæ intemperantiam adhiberi solent; nostris seculis ingentem quotidie pariunt arthriticorum multitudinem. Vt maximum vel flagitium vel piaculum sit nostrę ętatis Magnates, ipsa vita bonaq; valetudine cariorem habere hanc potionum perfrigerationem: hacq; vna sponte sæpe ipso in feliciori ętatis cursu reddi impotentes, cum ad Imperij, Regniq; pondus sustinendum, tum ad bella cũ Christi hostibus gerenda. Palati exigit imperium vt frigidita sit potio, vt gustui sapida in alijs secundis qualitatibus. quid agitur? non modo in magnis æstibus contemperatur ad sobrietatem calor, sed miscentur saxo orta vina aut calce, aut cretaceis fundis collecta, vinis mitioribus fundis ortis: adhæc austera, acria, acida, miscentur dulcibus, mollibusq;, præterea verò uel niui, vel glaciei miscẽtur, vel saltem (quod valde tutum censent) exterius niue, glacie, nitroue admotis perfrigerantur: sic gulæ, & gustui, palatoq; consulitur, sed contra vitam ipsam; contra bonam valetudinem: contra Imperia, & Regna tandem consulitur. Videas quidnam Porphyrius in vita Plotini scribat. Videas quid D. Hieronymus animaduertat, multos antea diuites, & luxui deditos, cum per fortunæ vicissitudinem in parcam mensam in inopiam egestatemq; incidissent, inedia, ciborumq; ac potionum abstinentia liberos euasisse ab ijs malis, & in primis ab arthritide, à qua antea dirè excruciabantur. Vere namq; in cibo, & in potu medicina. Videas quid scribat

Gal. l. 2. de alim. facult.

Porphyrius, in Vita Plotini.

D. Hieronymus aduersus Iouinianum hæretic.

Deme-

Demetrius Pepagomenus libro de Arthritide c. x. Videas quid ſcribat Alexander Vercellenſis: quid Ioannes Schenchius: quid ſcribant omnes. Sed in primis notetur hiſtoria illa à Vercellenſi deſcripta, quæ vna teſtari poteſt, quantum ad arthritim ſanandam ipſa in cibis, & potibus abſtinentia momenti habeat. Porrò vina generoſa, vaporibusq; & calore multo refferta: adhæc intempeſtiue, & copioſius hauſta, arthritim gignunt. Nam etſi calefaciant ſua natura; ex accidenti tamen frigidos affectus parere conſueueret. Sic Paulus, & Aetius, ipſaq; docent experimenta hæc ipſa vina & temulentiam & arthritim inuehere conſueuiſſe. Extat in ForoIulij prouincia alioqui nobili & virorũ ſtemmate ac virtute Illuſtri, Mons quidam Illuſtriſſimi, & Eccellentiſſimi Comitis Raimundi à Turri ditioni ſubiectus adhæc & pagus non ignobilis, cor montium eam ob cauſam appellatus, quod in aliorum multorum montium centro veluti illorum cor ſit conſtitutus. Vel fortè cor montium vocatus, quod omnium aliorum montium vires, delitias, amænitatem, pulchritudinemq; contineat: hic aer placidiſſime ſpirat. hic venti, exoriente, & occiduo Sole benigne perflant, hic ſcaturiunt proſiliuntq; viui non minus quàm nitidi fontes. hic auium, quadrupedũq; genus omne ſuauiſſimum guſtui: hic piſces ſupra omnem voluptatem optimi. hic Vina quę nectare minora, inſuauioraue non ſunt. quid moror? Regio eſt anguſta, pagusq; nõ vſqueadeo numeroſus, ſed cultiſſimus, amæniſſimus, omnibusq; naturæ muneribus cumulatiſſimus. At in hoc pago aut perpauci, aut certè nulli reperiuntur, qui ſupra quinquageſimum annum viuant, qui ante iuuentutem, ipſa etiam in pubertate, arthritide, vel catarrho, vel

Alex. Vercellenſis in Apollinis radio primo. in deſcript. Elect. diacorallei.

Ioa: Schenchius in VVrſungij Prax. med. Podagrica.

vel paralysi non detineantur: qui integrè bene va-
lentes haberi possint, caussa est, non naturæ certè lar-
gitas, sed naturę largitatis abusus. potatur noctu,
& interdiu: comeditur ad saturitatem non modo
verum etiam ad ebrietatem: & perpetuo vita est in
cruditatibus. Itaq; facile corruit sanitas. Genito-
resq; tàm male affecti, filios eadem dispositione af-
fectos gignunt: sic propagãtur mala, & iam cum ex
externis caussis, tum ex hæreditate vigent. Refer
Cardanus se nouisse Religiosum quendam, qui cũ
arthriticus esset, liber tandem ab arthritide euasit
vna ciborum, vitæq; totius abstinentia, & quodam
medicamento ab eodem Cardano illi instituto.
Huius ordinis historias leges apud Trincauellium
& apud alios, nam breuitatis studio huc singula
transferre detrectamus. Cęterum Medicamenta
nonnulla articulis inimica, consueuisse arthriticam
excitare passionem nemo non nouit. Sic in corpo-
ris plenitudine, cacochymiaue obseruatum est, iua
arthericæ vsum: vsum itidem Cypriæ terebentina
articulares dolores excitasse: caussam afferremus
cum in materijs medicis, atq; antea etiam, cum in
methodo curatrice versabimur. Cassiæ vsus fre-
quens, non esse vsque adeo amicus ijs, qui arthriti-
ci sunt, videtur; laxat enim plus iusto, & frigida est:
quę duę qualitates articulorum imbecillitatem ad-
augent. Sic frigida omnia articulis applicita, vt il-
lorum inflammationes, calidasq; fluxiones reppel-
lere, sic articulos maximopere lædere solent. Sed
de his suo loco dicemus. Admonent tandem Scri-
ptores sæpe contingere vt quis alioquin sanus, be-
neq; articulis constitutus, in arthritim incidat pro-
pter caussam, quæ extrinsecus contundendo, aut
vim alia ratione inferendo articulis, potis fuerit ar-
thri-

Hieronymus Cardanus de Curat. Admirandis numero 19.

Victor. Trincau. l. 12. de rat. cur. par. hum. corp. o. 2. & Cons. 97. lib. 3. Idem scribit Ioa: Bruyer de Re cibar. lib. 16. cap. 13.

thriticis defluxibus occasionem prębere, sic Paulus monet aliquos vel prolapsu, vel deturbatione, vel propulsu, vel luxatione, vel id genus alijs, prima morbi fundamenta iecisse. Ex his ergo alijs plurimis huius ordinis caussis, sæpè homines thriticam dispositionem concipiunt, arthriticiq; unt. Ex quibus iam nobis integrè videtur patefa a vniuersa natura, & generatio arthritidis. Quæ si aligna præter hæc omnia euadat, iam suæ maligni tis generationem, principiumq; a simili deducet, cum quis arthritidem cũ virulentia venerea, vel m morbo cirrorum patiatur, vel potius cum thritide vtramque affectionem habeat, qualem rtè Polonum in præsentia curandum præ manis habeo, qui arthritide laborat Podolicę, & Gal æ simul luis seminario contagioneue, infecta. *Paul. l. 3. c. 78.* *Auic. loc. cit.*

De Arthritidis Differentijs. C A P. X V I I.

Ed iam ex more nostro docendi opportunum est de Arthritidis differentijs orationem instituere. Quas sanè differentias, quemadmodum cere consueuimus, ex ipsa definitione: seu ex ipis definitionis particulis eliciemus. Quocirca ad nus quod attinet, cum dixerimus illud in difficiseu in læso motu esse repositum, primum quidem iuntur ab hoc genere illæ differentiæ, quæ in eo, od magis, & minus consistit, considerari solent. andoquidem hinc maior, hinc minor arthritis, hementior, & minus vehemens affirmatur, prout aior vel minor animaduertitur motus difficultas: out maior, ac vehementior, vel minor, minusq; hemens in motu læsio dignoscitur. Sic quoque neris differentiæ variæ erunt, prout arthritim cō gitesse modo antiquam, obfirmatamq; modo recen-

recentem neq; vſqueadeo confirmatę naturam re ferentem, contingit arthririm modo eſſe in habitu modo in habitudine, modo cum dolore maximo modo cum dolore paxillo: modo cum dolore mediocri: modo hęreditariam, modo aduentitiam atque in primis hoc modo generis differentiæ emergunt. At ratione ſubiectæ materiæ, tot prorſu differentiæ ſpectari ſolent, quot articulamenta aff ci animaduertuntur. Affectis etenim ſingulis cor poris articulis, arthritis vniuerſalis fit: affecto ve rò hoc vel illo ſeorſum: ſeorſum quoq; hæc vel il arthritidis differentia contingit. Verum ſingular ſolent eſſe arthritidis differentiæ, quæ in Iſchiad articulo: quæ in articulis pedum fiunt: & hæ ma xime curatu difficiles, vt frequentiſſimæ. His pro ximè accedunt, quæ in manibus apparent articulo rum affectiones. Sed omnino, cum nullus ſit no ſtri corporis articulus, quem interdum in arthrit cis arthritica fluxio non poſſit afficere, tot erunt d ferentiæ arthritidis, quot ſunt partes, ſeu quot ſur articuli in ea affecti. Veruntamen præter hanç ge nericam diſtinctionem articulorum inter ſe ipſos iam & aliæ elici arthritidis differentię poſſunt, ſu pta differentiarum origine à particulis in vnoqu que articulo exiſtentibus. Nam aliquando fit arth tis, quæ profundas magis articulorum regiones de tinet, aliquando alia, quæ ęxteriores, & extima articulorum ſedes occupat. Præterea verò aliquā do fit arthritis, affectis magis tantummodo mem branis: vel magis neruis, atq; tendinibus: vel ma gis ligamentis & cutaceis regionibus: vel omnibu ſimul partibus laborantibus: vel repleta ſimul pix de: vel ſine pixidis læſione. vel compreſſis & con culcatis arterijs, veniſque, itaut nutriri ſubiectum

Gal.3. apho.t.c. 16.& Hipp. lib. de Affect.

Auic. 22. tertij tr.2.cap.5.

crus,

erus, imo ne os quidem articuli possit: vel non tan ta cum sæuitia generatur. Sed ratione caussæ effe-ctricis differentiæ oriuntur: nam vel caussa beni-gna est: vel simul etiam maligna: vel qualitate tan tum, vel copia tantum, vel vtraque ratione peccās. Vel pituitosa: vel biliosa: vel melancholica: vel san guinea, vel ex his omnibus, aliquibusue re mista. Præterea verò vel hęc materia irruendo afficit: vel sensim, & sensim agit: vel replendo, ac extendēdo: vel mordendo: vel comprimendo: vel diuellendo: vel quid tale aliud agendo: vel multis simul ratio-nibus vim partibus articulorum sentientibus infe-rendo. Ad hæc vel materia ista seruat, retinetque humorosæ naturæ conditiones, vel in tophos iam gypsūq; migrauit. Quin & à partibus mittentibus, & à spatijs, per quæ mittitur hæc materia differen-tiæ capiuntur. Nam fit arthritis modo à capite: mo do à ventriculo: modo ab hepate: modo à liene: modo ab intestinis: modo ab vtero: modo ab hę-morrhoidibus: modo ab vniuerso corpore: modo ab aliqua alia particula, demittente materiam: atq; simili ratione variæ arthritis differentiæ fiunt pro varietate spatiorum, per quæ materia ipsa dimitti-tur, cum interdum per arterias, & venas: interdum per poros: interdum per alia spatia, illa ad articu-los tandem decumbat. Neque prætermittendæ sunt illæ omnes differentiæ, quæ sigillatim, à quā-cunque caussa deriuari possunt, quæ sanè tot erūt, quot ipsas singulas caussas arthritim progignere po tentes esse, iam supra scripsimus. Atq; sic res se ha bet de differentijs. Nunc longè vtilior succedit de legitimæ arthritidis signis disputatio. quę profectò, ex more afferemus, partim quatenus hanc arthri-tim in genere commonstrare possunt: partim qua-

De quo loco Galenus de osse etiam interpretatur.

M tenus,

tenus, valent arthritim in ſuis differentijs pateface-re, ſicq; totam partem, quæ ad cognitionis caput propoſitum pertinet, Deo auſpice, abſoluemus.

De ſignis Arthritidis in genere. C A P. X I I X.

ARthritim ergo in genere cognoſcimus legitimam: quoniam non modo querelæ erunt de difficili motu omnium vel maximæ partis articulorum: verum etiam apparebunt argumenta eam motus difficultatem pendere ex materię confluxu: & materiæ à prædominio humoroſæ excrementitiæ, quæ vel humoris naturam adhuc ſeruet, vel toto genere in alienam naturam migrauerit, atque tophi, cretæque, ſubſtantiam æmuletur. Coniungi etiam huic difficili motui ſæpè ſolet dolor, pro cuius varietate, varia quoque generis arthritidis ſigna fulgebunt. quanquam ad doloris ſigna quod attinet, nō alia nobis eſſe in promptu poſſunt, quam quæ ipſi ęgrotantes narrabunt, qui ſanè, vt plurimum, neſciunt doloris proprietatem refferre. qui maxima ex parte interrogati de doloris proprietate, vbi multa à medicis quæri de proprietate doloris audiunt, ferè nihil certè ſeorſum, ſed omnia ſimul ſe perſentire, omnes ſimul doloris proprietates ſe experiri, varijſq; ſubinde doloris modulis ſe diſcruciari affirmant. Sic mihi proximis his diebus contigit. cum enim curarem iuuenem quendam Religioſum Carmelitam alioqui Philoſophiæ, ac Theologiæ candidatum, optimæq; ſpei adoleſcentem, ſæuaque ille arthritide detineretur, ſæpè interrogatus de doloris proprietate, ſentiret ne dolorem tendentem, an mordicantem, an comprimentem, an frangentem; omnia ſimul ſe ſentire narrabat, & nunquam vnam ſeorſum doloris proprietatem refferebat. Sed de

dolore

dolore illud ſponte ſua innoteſcit, illum eſſe interdum adeo vehementem, vt ſyncopem inferat: interdum adeo mitem, vt ne ſomnum quidem perturbet: interdum media ratione, cum quadam tamē latitudine ſe habere; quæ ſanè partim ægri narrabunt, ſi interrogentur: partim medici ſua ſpontè ſatis intelligent. Hac eadem facilitate deprehendi poterit, ſit ne arthritis hæreditaria, an aduentitia: ſit antiqua, an recens: ſit in habitudine, an in habitu. Et omnino ægri maximam, bonamq; partem huius genericæ cognitionis, ſi modo à nobis diligenter interrogentur, ſponte aperire valebunt. Cæterum quæ cognitio ad differentias interſtinguēdas attinent nō ita ad ęgrum pertinent, vt magis ad medici ſolertiam non videatur ſpectare. Etſi enim ſigna, que eſſentiam ſeu genus produnt in ęgri maximè relatione conſiſtunt; quę tamen differentias patefaciunt, debent à medico ſolerti induſtria examinari. Facilè profectò fuerit medico affirmare, ſit ne arthritis vniuerſalis, an potius aliqua ſeorſum illius differentia particularis. nam partes affectæ, articuli laborantes, qui, quotque numero ſint prōptiſſime cognoſcentur. Veruntamen quæ in articulis particulæ afficiantur, exactius diſtinguere, ad ipſum medicum maximè ſpectabit: hoc quippe artificis maximè proprium eſt, qui tamen tandem etiam non nihil ex ęgri ore expiſcabitur. Ergo ſi ligamenta ſint partes in arthritide affectæ, cum ipſa ſint extrinſecus articulos conuoluentia, tumor quoque, & color mutatus in externa cute etiam apparebit, & manifeſte malum exterius oſtendetur. Si verò membranæ oſſa veſtientes, vel cauitas articulorum affectæ ſint, in exterioribus regionibus nihil, inſpicietur ferè mutatum: ſed tamen motus aderit

Signa differentiarum arthritidis.

articuli difficilis: hoc diſcrimine, quod ſi cauitas articuli humorem ſuſceperit, eoque fuerit repleta, luxatio articuli continget, & progreſſu temporis etiam tabes, illius partis. Si verò membrana ſit affecta, ſine luxatione vlla, difficilis motus apparebit. Præterea verò ſi materia externa ſit, ſtatim tangentibus nobis dolebit: ſi verò interna, non niſi nobis præmentibus. Sed hic duæ ſtatim oriuntur difficultates. Prior eſt cur dicamus affectis ligamentis dolere, cum ligamenta iam ſenſu carere ſupradictum ſit. Secunda eſt, cur luxationem articuli tanquam ſignum repletæ cauitatis articulorum attulerimus, cum tamen luxationem quoque contingere oporteat, ſi ipſa ligamenta afficiantur. Ad priorem expedita reſponſio eſt cum Paulo, cum Aetio, cum omnibus; dolere non ligamenta, ſed partes nerueas conſenſus lege. nam propter compreſſionem, quæ in nerueas partes redundat à ligamentis, fit dolor, non quia ligamenta doleant. Ad ſecundam quoq; dicendum luxationem in duplici differentia eſſe. nam luxatio quædam reperitur exacta, & conſumata, & illa eſt, in qua articulus excíſus, vel non redit ad ſuam cauitatem, vt in materia gypſea, & tophacea, replente illius cauitatẽ, vel non redit niſi ſumma cum difficultate, vt in materia humoroſa eandem cauitatem replente. quædam verò non exacta, & non conſumata eſſe ſolet, & illa eſt, in qua articulus excíſus facilè reponitur, ſtatimq; eadem facilitate, qua excidit reſtituitur, vt in laxatis ligamentis. Vtramq; luxationem non ſemel in arthritide animaduertimus. nam ex repleta cauitate à tophacea materia luxationem immedicabilem: ex repleta etiam cauitate à materia humoroſa luxationem reſtitutam: ex laxatis tantum tendinibus articulum

Dubitationes duæ.

Ad priorem dubit. Reſponſio.

Aetius & Paul. loc. cit.

Ad ſecundam Reſponſio.

Auic. 22. 3. tr. 2. c. 5. Gal. 6. aph. t. c. vltimo.

culum humeri modo excidentem modo promptiſſime redeuntem vidimus. Porrò coniungi aliquã do arthritidi paralyſim (quod tamen infrequentiſſimum & vere eſt, & à Galeno animaduertitur) obſeruauimus nos in Principe quodam Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo, pro quo etiam conſultationem habuimus: hoc verò cum accidit, non aliunde fit, quam obſidente materia medullares ſeu internas neruorum ſubſtantias: quemadmodum vbi conuulſio, ſeu retractio oritur, quod etiam in Illuſtriſſimo quodam Senatore vidimus, pro quo etiam conſultationem inſtituimus. argumentum eſt, obſideri à materia membraneas neruorum ſubſtantias, his etenim rationibus diſtingui cauſſam paralyſis à cauſa conuulſionis alibi oſtendimus. Quod ſi neq; in cauitate ſit materia, neq; in ligamentis, neq; in neruis, exſtet tamen tumor, & mutatio coloris affectæ partis, adhæc verò, & vrgeat motus difficultas, & dolor: docebimur materiam afficere tum cutem, & carnem, tum ſpatia interiora reliqua, quæ inter tendines, & neruos, & ligamenta, & muſculos ſunt. quo in caſu & dolorem miſtum ex multis proprietatibus narrari ab ægrotantibus audiemus. Atque omnibus arthritidis differentijs id videtur commune, vt dolor eam in primis articulationem tantummodo afficiat, atque excruciet, quę etiam difficilẽ motum experitur. Verum Iſchiadicæ arthritidi id peculiare eſſe ſolet, vt dolor non modo articulum ipſum iſchiæ, verum etiam vniuerſam cruris longitudinem vſq; ad pedem exerceat: quod profectò in iſchiade tunc accidit, cum iſchiadis ligamenta afficiuntur, premunturue. nam his affectis fit vt nerui & tendines qui ad coxam, & inde ad pedem protenduntur, contentione ſeu connexione quadam affi-

cian-

ciantur, ita ut inde non articuli regio ſola, verum etiam cum ea, ipſum crus, vſq; ad pedem condoleat. Sic igitur diſtinguemus particulas in arthritide affectas. Sed quonam modo cognoſcimus partes, à quibus mittitur: & ductus, per quos irruit fluxio? Certè ad partes mittentes quod attinet, non alijs argumentis illas ſeorſum deprehendere valebimus; quam probe vniuſcuiuſque partis temperamento, atq; conſtitutione æſtimatis. Nam ſi caput mittat, patebunt male affecti capitis ſigna. Si ventriculus, ventriculi. Si inteſtina, inteſtinorum. Si vterus, ſi hæmorrhoides. Si vniuerſum corpus, iam harum partium, vel totius corporis affectionũ præternaturaliũ inditia aperientur: atq; in toto corpore vel plenitudo, vel cacochimia, vel febres, vel quid tale obſeruabitur, ex cuius metaſtaſi arthritis aut vniuerſalis, aut particularis ſit ſubſecuta. In reliquis partibus intemperantiæ, vel cohibitę euacuationes conſuetæ nobis partes affectas reprehesentabunt. Sed ſpatia ſeu ductus per quos à mittente parte, in articulos materia commeat promptiſſime diſtinguemus. Nam ſi ſubcutanea regio ea ſit, quæ viam defluxui prebeat: ab ægrotantibus affirmabitur, ſe perſentire materiam deſcendere, & modo in aliqua corporis regione extima dolorem, modo in alia parere, quoad tandem in articulo conſtiterit: ſi vero per tendines, & per neruos, eo quo ſupra dictum modo eſt, materia ipſa deſtillet ipſi pariter ęgrotantes hũc materię deſcenſum iuxta neruos perſentient, nobiſque, nihil etiam interrogantibus, deſcribent. hæc ſi non adſint: ſi ęgri hæc nobis non narrent, conijciendum erit fieri defluxum per cæcos alios, & inconſpicuos ductus: per venas, per arterias, per ſpatia inania. Mirabilis illa eſt materiæ

Hippo. 4. aph. t. cap. 44.
Auer. 3. collig. cap. 31. febrem in arthritim mutari.

per-

ermutatio à colo inteſtino ad articulos. mirabilis
uoque à renibus ad articulos: & rurſum mirabilis
æc mutua inter ſe ipſas harum affectionum muta-
o, arthritidis nimirum in illas, & illarum in arthri
m. quotidie tamen illa viſitur: quanquam du-
us, & vias vnde huc, & illuc materia permeet, ac
emeet, non ita nobis pateant. Succedunt modo
gna cauſſarum facientium arthritim. Inter quas
ertè externæ magis ſolent ſignorum rationem ha-
ere reſpectu aliarum cauſſarum, quæ internæ no-
roſq; ſenſus fugientes ſunt. quamobrem & aer,
regio, & anni tempus, & cæli conſtitutio, & vēti,
abitatioq; particularis, & tandem quidquid ad ae-
em reducitur, poterit nobis indicium eſſe humo-
s facientis arthritidem: poſteaquam rationi con-
ntaneum eſt hunc humorem non alium eſſe poſſe
iſi qui ſimilis, & reſpondens ſit aeris temperamen
o, ac ſiquidem frigidum ſit aeris temperamentum,
igidum humorem, ſi calidum, calidam quoque
acere arthritim connotabit. His ſimilia fuerint
ndicia, quę à cibis, potibusque præcedentibus, ex
nteactaq; vitæ ratione quiſpiam deſumet. nam
egumina, eruūq; comedentes, lac, piſces, bulbos
leraq; frigida, & huius ordinis alia; facilius erit pi-
uitoſa arthritide quam bilioſa capi: Et veneni quo
ue deditos, & ex laborioſa inſedentariam, ac deſi-
em vitam prolapſi, ſi arthritici fiant, promptius
ituitæ congeriem facient, quàm bilis. Ex curis
quoque, animique perturbationibus: ex nimijs vi-
gilijs: ex importuno ſomno; arthritide laborantes
rigida quoq; ex materia arthritim concipere per-
uaſum fuerit. quemadmodum quoque ſi quis ar-
hritim ſuſceperit propter conſuetam aliquam eua
cua tionem cohibitam: hunc neceſſarium erit ex hu

Signa cauſſarū

more

more suppressæ euacuationi respondente arthrit
delaborare quare si biliosam diarrhæam quis pa
solitus, post huius euacuationis amissionē in arthr
tim inciderit: non poterit non censeri, ex bilioso d
fluxu illi arthritidem accidisse. atq; si quis contra
aut hemorrhoidali euacuationi, aut sanguinis expu
Gal. 9. meth. c. 5. gationi per nares assuetus, ab ea vacauerit, atqu
inde in arthritim inciderit, quid nam aliud coni
ciendum erit, quàm illius articularem affectioner
ex pluribus simul humoribus in primisq; ex sangu
ne ortum traxisse? Sic, si quis à colica passione, au
ab alia aliqua ægritudine sanatus incipiat arthritir
pati, non his iudicabitur ab alio humore articula
rem dispositionem suscepisse quam ab eo, à quo pi
dem præterita ęgritudo, & fiebat, & fouebatur. Hu
spectabunt, habitus corporis, temperamentum: a
tas: sexus: vitæ instituta, in quibus arthritim alian
gigni non posse credibile fuerit, quam eam, quæ e
humore illi temperamento, illi habitudini, illi æta
ti, illi sexui, illi vitæ studio, consentaneo gigni so
let. neque enim facilè ex eodem humore arthriti
cus fiet piscator, & athleta: vel scriba & pugillator
vel iuuenix, & senex: vel fœmina, & vir: vel habi
tus, temperamentiq; gracilis, calidique, & obæsi, a
frigidi: sed solent humores ægritudines inferente
his etiam facilè respondere. Hæc omnia igitur tib
sint inditia, simul, & caussæ: caussæ quatenus vim
agendi in nostrum corpus habent: signa verò, quatenus ostendere, & connotare possunt antecedentes, & obscuriores caussas. quas si adhuc interius cognoscere tibi in animo fuerit (hoc enim totam curationem virtute quadam videtur continere) poteris ex vrinis & ex alijs excrementis, ex affectæ partis colore mutato, ex calore, ex dolore adhuc distin-

ctius

ctius cognoſcere. quin neq; tactus, neq; auditus in hac indagine erunt negligendi, nam & hi duo ſenſus per propriorum obiectorum iuditia poterũt nos deducere in cauſſarum cognitionem. Vrinæ etenim, & ruffæ, & acres, & frequenter, parua tamẽ in quantitate excretæ, calidorum humorum in corpore abundantium argumentum erunt. albæ verò, ſine acrimonia, & rarò ſed abundanter euacuatæ, frigidas excrementitias materias portendent. Idem facient alui quoq; excrementa: & ſudores: & ſputa, capitisq; excrementitiæ ſuperfluitates reliquæ, ſi à capite fluere humorem ſuſpitio ſit. Et vomitiones etiam idem fere docebunt. Color verò affectorum articulorum mutatus, eum certo tibi humorem facere arthritim patefaciet cuius colorem referet. nam ruber ſanguinem. niger vel liuidus melancholiam. flauus, vel viridis, vel ex his cum rubro remiſtus bilem, vel alium & alium pro humoris varietate teſtabitur. Doloris quoque qualitas, & proprietas humoris proprietatem deteget, ſi modo ex ægris ipſis credibile eſt poſſe doloris proprietatem colligi, nam maxima ægrotantium pars ignara videtur harũ doloris proprietatũ, mordicatiuus tamen dolor, bilem, & omnino acres humores: tenſiuus verò, & grauatiuus, multos oſtendet. & calor adhuc partis affectæ idem affirmabit, nam ex acribus, bilioſiſq; humoribus ingens, & mordax calor ægrotantem afficiet, & tangentem etiam medicum feriet: ex pituitoſis, & melancholicis perexiguus animaduertetur. quinimo & in affluxu acrium, calidorumq; humorum prementi affectam partem quidam renixus obſiſtet: in pituitoſorum verò affluentia, præmenti ſtatim cædet. Sed & ex auditu non nihil huiuſce cognitionis deſumes tunc maximè, cũ

Gal. l.x. de cõp. m.l. cap.2. Auic. loc. citat. Paul. & Aetius loc. cit.

Gale. & Paul. loc. cit. Auic. & Aet. loc. cit. Alexa. l. xi. c. 1.

in parte affecta vel obdurata nimis exiccataq; ossa, asperioraq; propter materiæ tophaceæ vestigia, in motibus obstrepunt, quemadmodum hoc anno in quodam arthritico vidimus: vel copia flatuum spatijs inanibus, musculorum totiusq; articulamenti insidet, quæ in articuli motibus excussa, neque exitum habens obstrepit, & sonat: quod pariter in alijs arthriticis non semel nobis videre contigit. His addas obseruationem eorum, quæ ledunt, ac iuuant, nam ex hac perceptione caussas arthritim generantes certò deprehendes. quis enim videns arthriticum iuuari guaiaco, agarico, calorificisq; omnibus medicamentis, non facilè conijciat illum frigida arthritide laborare? & quis contra intelligens arthriticum aliquem sanguinis missione, sero, rabarbaro, & alijs calidos humores euacuantibus, & contemperantibus meliorem conditionem recipere, non etiam facilè affirmet arthritim illam ex caussis calidis proficisci? Deniq; oportet medicum, qui exactam caussarum arthritim facientium cognitionem adipisci cupit, per singulos fontes decurrere, e quibus cuiusq; abditæ caussæ cognitio hauriri possit: diligenterq; æstimare, quæ præcesserint: quæ concomitentur: quæ subsequantur ægritudinem, siue res præter naturam, siue secundum naturam, siue non naturales sint. & tandem ex lædentibus & iuuantibus certum veritatis experimentum exercere. Sic eueniet vt aptissime arthritidis caussam inuenias.

De Prognosticis in Arthritide. C A P. X I X.

SVccedunt Prognostica in Arthritide: Ac primum quidem in genere sufficiet animaduertere arthritim esse affectum curatu difficilem, ac contumacem, vt propter hanc caussam Arethæus, & cæteri

antiqui,

antiqui, cronicis paſſionibus illam adnumerent. Cauſſam non conticuit Galenus, qui articulos propter eorum naturalem imbecillitatem ad recipiendos quidem humores paratiſſimos eſſe dicebat, ſed ad expellendos digerendosq; ineptiſſimos. Difficilis autem curationis in primis illa fuerit, quæ ita difficilem habet motum, vt articuli iam ligati ſint, auctor enim eſt Galenus, & Galeno antiquiores omnes medici auctores ſunt, ſummam difficultatem eſſe in hac curatione atthritidis, in qua articuli ligati ſint: quod ſi huic motui ingenter difficili, ipſa quoque doloris vehementia coniungatur, itaut vel ſyncope, vel quid tale contingat, iam præter curationis arduitatem, aderit quoq; vitæ periculum, cũ ſyncope ex eorum genere ſit, quæ repente homini vitam ſurripiunt. Cæterum arthritis, in qua præter motum difficilem adeſt etiam luxatio, multis adhuc nominibus difficilior euadet, atq; incurabilis omnino fiet, ſi luxatio ſit propter materiam tophaceam articulum ipſum obſidentem. nam aliæ duę luxationes, in quibus redit articulus ad ſedem ſuam, quamquam curatu ſint perdifficiles, nõ ſunt tamen ſine omni prorſus ſalutis ſpe, quemadmodum ſupra eſt dictum. Porrò inter arthritidis differentias, & in primis ad eas, quod attinet, quæ ab affecta parte nomen ſumunt, omnium curatu difficilima perhibetur, quæ podagra dicitur. nam auctor „ libri de Affectionibus, vel certè Hippocrates podagram violentiorem eſſe dicit omnibus eiuſmodi circa articulos morbis, atque longiſſimum, & difficulter cedentem, & cauſſa (eodem auctore) eſt quod materia podagram faciens, recipitur in pedũ articulis, qui ſunt reliquis humani corporis articulis frigidiores, & ad corporis vſum magis neceſſa-

Gal. 6. aphor. t. cap. 49.

Gal. l. x. de cõp. m. l. cap.

Prognoſtica arthritidis differẽtiarũ quæ à parte affecta ſeruuntur.

Hipp. l. de affectionibus.

rij: ſuntq; preterea magis denſi, atque ſolidi: ita vt propter decliuitatem facillius quam reliqui articuli ſuſcipiant, ſed propter reliquas conditiones alijs omnibus imperfectius, & egrius materiam excutiant, ac ab ea liberentur. quocirca nulli ſit mirum, ſi Galenus aliquando ſcribat, podagram valde ſenes quos apprehenderit (vt plurimum) ad mortem vſq; concomitari, quod ſanè audiendum velim, nō modo quòd podagra propter ſui contumaciam curatu difficillima tam diuturno tempore perduret, vt breuiſſimum, quod ſupereſt vitæ ſenum tempus indeſinenter ferè conſequatur: ſed quòd feſtinet etiam illorum mortem, dum propter dolorem, atq; vigilias in illis contingit diſſipari natiuum calorem, congeriq; cruditates, & facilè ad exitium properare. Itaque podagra in ſe ipſa cronica, difficilis curatu, magis quam reliquæ arthritidis ſpecies erit, præterea verò in valdè ſenibus, & propter frigidam eorum ætatem, & propter breue, quod illis ſupereſt vitæ tēpus, ægre delebilis, atq; tādem propter ſymptomata quæ inuehit, quæ alioquin languenti ſenū calori deleteria ſunt, etiam lætalis perhiberi poteſt. Huic vel æqualiter, vel proximè accedit chiragra, quę propter eaſdem cauſſas ipſa quoque & ſenibus inſanabilis, fortè etiam exitialis eſt, & in quacunque ætate conſideretur, eandem obtinent curationis difficultatem, cum manus quoque, & ad neceſſarium vitę vſum vtiles maximè ſint, cum ſint organorum organa, & frigidiſſimos, & ſicciſſimos, adhęc præduros, ac prædenſos habeant articulos: vt pedum in morem, quantum ad recipiendas fluxiones ſunt aptæ propter caloris imbecillitatem, decliuitatemq; corporis: tantum ſint ad eos digerēdos, & expellendos ineptę. His additur vertebrarum

Gal. l. de Tuen. Val. cap. 7.

affe-

affectio, quæ si cum luxatione sit, vt curari nunquã poterit, sic aliquando inducta respirationis difficultate læthalis euadit: omnium maximè exitialis est, quæ in colli vertebris est arthritis, quæ certè si augeatur mortem inferre potest. Consultationem tamen habuimus nos pro Viro quodam Illustrissimo qui cum in multis alijs articulis hanc affectionem pateretur, afficiebatur in primis arthritica in colli vertebris dispositione, propter quam ad extremum vitę periculum bis deductus fuit. Certè læthalis fuisset si cum luxatione perexisset. Succedunt articulares passiones in genu, in cubito, in humero quę medium quendam locum obtinent inter difficillime curabiles, & inter facilè sanabiles. nam hi articuli neque adeo remoti sunt à fonte caloris, neque adeo imbecilles, atque manuum, & pedum articu-. Sed omnium facillime curatu Ischiadica passio reditur: quando nos frequenti experimento proauerimus multos ab ea prorsus sanatos fuisse. Caussam si quęras ea fuerit, quod ille articulus mul s venis, & multo calore abundat. præterea vero quod remedia illi possunt adhiberi, quæ statim ad locum pertingant, & eo nomine confluxam mateiam digerant, caloremq; valide instruant, itaut articulum illum ineptum deinde ad fluxiones suscipiendas reddant, quemadmodũ suo loco dicimus. Nunc verò admonere præstat quancunq; arthritis differentiam, quæ hęreditaria sit esse consueuisse insanabilem: quanquam etiam de hac hæreditaria arthritide audio non nullos sibi ipsi blandientes ofiteri se ipsam etiam hæreditariã sanasse. & Ioannes Schenchius auctor est se ex obseruationibus Iacobi Horstij, ad se à Laurentio Scholzio missis, collegisse quendam, qui à parentum semine arthriticus

De Prognosticis rõne caussarum.

Io: Schenchius l. 5. de arthritide de obser. 157.

cus

cus erat, fuisse ita sanatum, vt quanquam viginti a
nos adhuc superstes viueret, nunquam tamen præ
terea tale malum passus fuerit. Est quoque insana
bilis nodosa seu tophacea arthritis ex Hippocrate
Nisi fortè illi alui succedat fluor, aut aliquod aliu
naturæ commodum singulare vt quę ex materia
lapidosa genita vi alicuius medicamenti sanari n
possit: licet supra nominatus auctor testetur nob
lem quendam Silesium: tophacea seu nodosa pod
gra laborantem, tandem conualuisse, historiam v
nusquisque apud Schenchium commode inuenie
penes quem etiam sit periculum veritatis. In qu
tamen fortè non deerit, quod ex Galeno colligas
qui aliquando professus est se tophis ab articulo ar
thriricorum extractis, mirifice illos iuuisse: quem
admodum suo loco scribimus. Quare iam ad ho
prognosticum de caussis arthritidis illud dicendũ
quod si parentum semen caussa sit (quemadmod
proximè diximus) quæcunque arthritis insanabili
creditur. si maligna sit, vel polonica, vel gallica, s
natur non antea, quam hæc vel illa lues sanata fue
rit. Arthritim à sanguine prompte sanatam docui
Galenus: non vnico in loco: quin plurimi practic
tes, & nos quoque id obseruauimus, vt iure Iaco
bus Orthæus historiam illam de podagrico à plen
tudine, venæ sectione curato describat. A bile o
riundam Auicēna scribit Podagram maximè mo
tem attrahere subito. Et in Auicennę dogmate in
terpretando varij varia scribunt. Sunt enim, qu
arthritim ex sincera bile propter vehementiam do
loris, vigiliarum, & syncope læthalem censeant. Sũ
etiam alij, qui eam breuissimo tempore præterire
& propterea tutam esse putantes, dicant Auicenn
significare voluisse hanc breuem arthritidis choler

cæ

Hipp.l.2. Prædictionum. Gal.4. aph.t.c.74.

Io: Schenchius l. 5. de obseru. 155.

Gal.l.x. de simp. med. fac. c. de Caseo.

Gal.l.x. apho. t. cap.28.

Gal.l.x. de cōp. m.l.cap.2. & l. 4.aph.t. c.74.

Iacobus Orthæus l. obseruationum propriarum.

Variæ loci Auic. expositiones.

tæ durationem, vt idem illi fuerit dicere attrahere mortem ſubito, atq; cito deſinere. Ego (vt libere loquar) cauſſam non agnoſco, quamobrem debeāt medici in horum verborum expoſitione digladiari. Verba Auicennæ ea ſunt. Et podagra quidē cholerica attrahit mortē ſubito, & proprie apud infrigidationem plurimam. Scribit de podagra in poſtrema capitis parte, quod eodem in capite ſupra ſcripſerat de arthritide in genere. Scilicet arthriticos dolores interdum curari repulſa præcociter, & indebite materia ad membra principalia, à quibus niſi denuò trahatur eadem materia ad iuncturas, interficiat. Hoc idem in capitis illius fine ſcribit ſeorſum de podagra bilioſa, ad cuius curationem plurima adhibeatur perfrigeratio. Nam ſi materiam bilioſam, & proinde facile mobilem, ac ad turgendum promptam vehementibus repellentibus à pedum articulis ad viſcera repercutiamus, quis dubitat illam poſſe ſubito mortem attrahere? iam poſſe repente interficere? Hæc mihi germaniſſima videtur loci Auicennæ interpretatio: quo docemur arthritim, & podagram etiam ipſam ſolā bilioſam læthalem tunc reddi cum validiſſimis repellentibus illa fuerit curata. hoc eſt reddi exitialē, ſi male curetur, & in primis largis, & multis reffrigerantibus: quod ſi mitioribus tractetur: ſi illius curatio cum ratione & appoſite fiat, iam non trahet mortem ſubito: fortè etiam cito deſinet, & vt par eſt, breui temporis ſpatio ad ſanitatem feſtinabit. Ex bile enim morbi breues. Ex melancholia, & pituita longi. Non ſit ergo ea in re aliquod apud ſcriptores diſſidium. Dummodo noua exoriens difficultas maius, quam Auicennæ loci obſcuritas negotium non faciat. Hippocrates enim eam habuit orationem.

Auic. 22. 3. tr. 2. c. 5. in fine.

Auic. locus expoſitus.

Hipp. l. 5. apho. t. c. 25.

„ tionem. Tumores articulorum, atque dolores
„ absque vlcere,& podagricos quoq; atq; conuu
„ sa: Horum plurima, frigida aqua large effusa le
„ uat,& extenuat, soluitq; dolorem: nam modi
„ cus torpor dolorem soluit. Ex quo profectò lo
co Hippocratis facile vnusquisq; colligit in dolori
bus calidis pedum, atq; adeo articulorum, maxi
mopere vtilem esse largam perfrigerationem, quod
(vt in commentario notat Galenus) & caussam tu
moris dolorisq; minuat,& dolorem soluat. Si ergo
Hippocrates,& Galenus tanquam remedium pro
ponunt largam refrigerationem in podagricis cali
dis, cur ex Auicenna diximus nos plurimam refri
gerationem in biliosa arthritide subitam posse mo
tem inferre? Certè Auicennæ sententia in curatri
ce simul,& præseruatrice parte verissima est: conti
netq; præceptum, alioquin vtile,& ante oculos per
petuò retinendum: cumq; in qualibet arthritide est
verum, tum in biliosa est verissimum cum bilis faci
le turgeat & huc illuc moueatur. Atq; consentiē
est sententiæ, quam idem Auicenna immo, quam
Galenus quoque & proposuerat, & amplificauera
quemadmodum supra ostendimus. Cæterum ad
Hippocraticum aphorismum quod attinet, credi
derim illum cum moderatione esse audiendum,&
non sine interpretatione posse probari. Nam Hip
pocrates eo loco in large perfrigerandis articulorũ
tumoribus non alium scopum habet quam doloris
leuationem, nam ad totius corporis reliquam pro
uidentiam eo loco non considerat, quæ ipse alibi
consideranda iussit: sed solum eo loci de tumori-
bus & doloribus articulorum perfrigeratione sanã
dis loquens, largam frigidæ aquæ affusionem lau-
dat tanquam anodynum, & proinde tanquam to-
picum

Gal. loco proxime cit. 5. aph. 25. in comment.

Gal. l. 2. de nat. humana t. c. 5. & Paul. l. 3. cap. 73. Toincauell. l. 12 c. 1. de Cur. hum. corp. mal.

picum sedans dolorem, & symptoma distentionis tollens. quare duo commoda ex aqua enumerat, & quod partim tumentem extenuet, vnde partis distẽtionem minuit, & quod leuem quendam stuporem inducat, vnde anodynum medicamentum euadit. Possit autem larga hæc aquæ affusio repulsis ad viscera fluxionibus, mortem inferre vel non, eo loci non examinat: sed illud considerandum alio loco opportuniori relinquit. Nec mirum id fieri ab Hippocrate. nam cum antecedentibus frigidum valdè improbasset tanquam noxium propter multa, quæ præstat incommoda: non poterat idem frigidum non probare ex ijs, quæ commoda sunt nobis ex illo, inter quæ ea sunt, quæ illo loco proponuntur. Sed de anodynis plura suo loco dicturi sumus. Illud addo Auicennæ locum esse veluti interpretationem Hippocratis aphorismi, quasi Auicenna dicere velit refrigerationem quidem largam in arthritide conuenire. sed non in biliosa. Verum Auicennæ textum video iniuste à nonnullis corrumpi, & deprauari, qui legunt. & cito mortem attrahit, & præsertim apud regimen plurimũ. nam eius verba non de regimine plurimo, sed de plurima refrigeratione loquuntur, quemadmodum in fine capitis, postrema prorsus verba habent. Cæterum de arthritide, quæ ex pituita & melancholia, quæque ex his humoribus bili pmistis fit, illud statuere præstat, curari quidem illam posse, non tamen tam facile. Nam experientia compertum est illas omnes difficilius quam sanguineas fuisse curatas. Ex bile quidem est breuior, quam ex pituita. cæterum ex pituita frequentior est, & difficilior. Melancholicam arthritim perpauci viderunt: sed paucissimi curare potuerunt. In arthricis diuturnis aliquando

Auic. 22. 3. tr. 2. cap. 5. in fine.

Felix Platerus de conseruationibus proprijs.

contigisse legimus, & in podagricis, maximè circa regiones musculorum carnosas, quarum spatia nerui citra connexionem peruadunt, per quę & fluxiones, neruorum ductus comitatæ feruntur, exesa, exulcerataq; fuisse loca varia, redditumq; hoc nomine fuisse in his vitium immedicabile. Diximus satis de Prognosticis. nam omnium caussarum prognostica cum internarum, tum externarum afferre operosum esset, fortè etiam parum ad artem conducibile.

De Methodo curatiua Arthritidis. C A P. X X.

IAm de methodo curatiua dicendum. In primis verò libet curationem in duas partes distinguere, quarnm altera pertinet ad tempora accessionũ: altera verò ad tempora extra accessionem. voco tempora accessionum, illud integrũ affectionis spatium, quo fluxio vel inflammatio perdurat, quod quidem temporibus distinctum est principij, augmenti, status, & declinationis. quod si inflammatio faciat arthritim, neq; erratum aliquod committatur aut ab ægro, aut ab assidentibus, aut à Medico, quadraginta diebus absolui putat Hippocrates, & experientia docuit. si verò non sit arthritis ab inflã matione, sed ab alio defluxu non inflammatorio, interdum breuius desinit, interdum longius protrahitur. Voco tempora extra accessionem, illa quæ inter primam quæ iam abijt, & aliam, quæ reditura sit fluxionem intercedunt. quibus in interuallis, varia conuenit curatio & præseruatio, pro affectuum, & partium affectarum Varietate, quemadmodum suo loco notabimus. Ergo quo tempore sæuit accessio, sæuit fluxio. Hi omnes scopi nobis ante oculos fuerint. Prior quidem cum malam articulorum tempe-

temperaturam emendamus tum materiã iam articulos obſidentẽ aliquo modo euacuamus. quod dupliciter perfici ſolet, ſenſibiliter ſcilicet, & inſenſibiliter, ac proinde modo digerentibus, modo deriuantibus, modo vtraque ratione agentibus. Secundus verò materiam, quę mouetur ad articulos partim repellere, partim reuellere. repellere quidem quatenus iam prope eſt vt obſideat articulos: reuellere verò quatenus mouetur vt illos obſideat, repellere medicamentis parti affectæ adhibitis: reuellere pręſidijs, à parte affecta ad contraria loca retrahentibus. Sed non æqualiter in omnibus arthritidis differentijs cum repulſio, tum reuulſio locum habet, nam in iſchiade, & ſi retractio ſeu reuulſio locum habeat, non ibi tamen admittitur repulſio; quemadmodum Galenus notat, & nos ſuis locis diſtinctè admonebimus. Tertius ſcopus fuerit aut partibus mandantibus, aut toti corpori prouidere, itaut repulſa & retracta materia, principes partes non afficiat: quod fiet de partibus amandantibus, vel de vniuerſo corpore prouidentia ſuſcepta prout occaſio ferret. Nos tres ſcopos tamen ita inſtituere oportet, vt qui vltimo loco inuentus eſt, prior executioni mandetur, & qui prior eſt in inuentione, vltimus ſit in exſecutione. Pręſtabit enim ſemper arthritidis curationem à totius corporis omniumq; aliarum partiumq; amandantium prouidẽtia auſpicari: mox ad reuellendam, reprimendãq; ſi ita opus fuerit, fluxionem deſcendere. Tertio & poſtremo partem affectam à materia primũ, mox à mala temperatura liberare. Sed dum hos ſcopos implemus duo ſtatim etiam vlterius nobis ſe ſe offerunt conſideranda. quorum alterum nunquam nõ reſpicitur, alterum verò non ſemper nos ad ſe con-

Gal. l.x. de cõp. m.l. cap.2.

uertit. Primus quidem est virtus, cum communis totius corporis, quæ conseruari semper desiderat tũ vis & tonus partis affectę particularis, quæ pariter sui conseruationem exigit: illa profectò idoneis alimentis proximè defenditur: hæc medicamentis, quæ à proprietate, articulorum vires tueantur, de quorum materia suo loco dicemus perbelle custoditur. Habeant autem ista medicamenta arthritica non ingentem frigiditatem, nam cum frigidę partes sua natura articuli sint, non possunt non a valdè frigidis lædi. quamobrem narcotica seu stupefacientia semper suspecta erunt quod maximè animaduertit Auicenna, animaduertunt probati practicantes. Sed habeant simul non affluentem nimisq; exuberantem humiditatem, nam, vt notat Auicenna, humiditas hæc diffluens, atq; luxurians effætos, languentesq; magis reddit articulos, & fluxionem iuuat, vt promptius in illos recipiatur: quam ob caussam improbabat vsum aquæ, tanquam materiæ, quæ immoderantius humectet. quod profectò in antedicto Illustrissimo Principe verum audiuimus, qui propter natationes, & piscatus arthritidis affectione detentus est. Sed & improbantur calida impendio medicamenta, & quæ in primis actu calida sunt, nam vt idem Auicenna docet, hic nimius calor dissoluit natiuũ articulorum calorem alioquin exiguum, & proinde arthriticas auget affectiones. Sed quoniam articuli sunt quædam partes nimium laxæ, & patefactæ, quæ propter hanc suam amplitudinem facilè à fluxionibus opprimuntur, ea propter subastringentibus gaudent, vt roborari possint, quamobrem Galenus in arthriticis restringẽtia laudabat. Et quanquam apud Galenum, apud Auicennam, apud Aetium, apud alios scriptores, non

Auic.22.3.tr.2. cap.7.

Auicenna loco citato.

Auic. loco cit.

Gal.x. de comp. m.l.cap.3.

exi-

xiguam inuenias refrigerantium medicamentorũ d arthriticos syluam, nihilominus tamen, si bene lorum consilia considerabis, inuenies illos ea adhi ere præsidia, non vt articulos iuuarent (optime uippe intelligebant, frigida omnia articulis esse in estissima) sed vt dolorum cruciatibus aliquod leua aen compararent. Astringentia quoq; sæpè à scri- toribus impugnata (sæpè adhibita inuenies, prout arium est adhibentium medicamenta consilium, t enim & ad repulsionem, & ad roborationem arti alorum restringentia, cum Galeno, probari dixi- ius, sic fortè, ad alios vsus, quatenus ad hanc cu- tionem attinet, astringentia non vsquequaque robanda fuerint. Porrò & varius articulorum po tus, nos quoque de variorum remediorum inuen- one commonefaciet. Siquidem genuum, pedum, ibitorum, & alij huius ordinis articuli, fortè repel ntia non detrectabunt, cum externi sint omnes, & edicamentis topicis prorsus obuij: Verum co- endicus articulus, qui altius incumbit, & profun- or est, multasque, & magnas venas, & arterias ex- rius excurrentes habet, repellẽtia prorsus respuet iod hęc medicamenta sint facilè ab externis, ad um, excrementitiam materiam impulsura, & af- ctionem redintegratura. Tandem, quoniam arti lis extrema corporis data sunt, nobis ostenditur, edicamenta omnia in ea dosi esse porrigenda in- nsecus, quæ possit ad ipsos articulos pertingere, in illos vires, facultatesq; suas promptissime im ittere. Sic admonuit Galenus in methodo cura- ce, dum, ad alium finem, de partium situs indica one loqueretur. Ex his facilè cum Aetio colligi teft in arthritico reumate suppurantia nullo pa- to admittenda esse, esseq; omninò despiciendam

Gale. loco prox. citato.

Gal. l. meth. medendi cap.

Aetius l. xi. c. 12

quan-

quancunq; suppurandi, seu pus mouendi, indic
Aetius l.xi.c.12 tionem. quod optimè Aetius animaduertens, pr
cepit nunquam in arthritica fluxione pus mouent
esse administranda, optimè intelligens, in articul
ea ferè omnia desiderari, quæ ad puris generatio
conducunt. Vt plurimum enim in hoc affectu p
Gal.x. de comp. med.l.c.2. dominatur pituita, quemadmodum supra cum G
leno statutum est, quæ alioquin propter sui frigid
tatem purulentæ naturæ concipiendæ ineptissim
Aetius l.& cap. citato. creditur: deinde caussa effectrix puris ab arthriti
passione procul abest, nam articuli frigidi vt eode
loco notabat Aetius sunt, & potius natura sicci: n
hil autem puris generationi magis inimicum est
quàm ipsa frigiditas, & siccitas. Vnde fit vt mat
ria in articulis contenta, potius in tophos migret,
sciditatemque acquirat, quam puris conditione
vnquam subeat. Et quanquam aduentitius quid
calor in arthritide exscitetur, cũ ille tamen reced
multum à natiuo, puris generationem iuuare no
non potest. Et iterum quanquam Galenus, aliqu
Galen. 5.simpl. cap.19. do, scribit, nonnulla anodyna in nostrum corpu
agere, perinde atq; pus mouentia, vt proinde di
videatur cum Galeno posse, quod si in arthritide a
nodyna vtilia sunt, debeant quoque vtilia reputa
pus mouentia; debent tamen Galenica verba aud
ri de sola anodynorum, & pus mouentium temper
menti similitudine, qua, sine dubio, inter se illa du
medicamentorum genera conueniunt: in reliqui
namq; iam satis Galeno constat anodyna non pos
se mouere pus, cum illis quædam veluti astringen
facultas desit, quæ alioquin pus mouentibus vide
tur pernecessaria. neq; enim pus mouentia vnqu
carere debent vi emplastica, & infarciente, porosq
densante, vel obstruente: quemadmodum ab eod
Galeno

aleno notatum eſt : itaut rypticis & eccatharticis is mouentia aduerſentur , cum tamen anodyna , iod adhoc munus pertinet , minimè illis repu- ient. Poſtremò loco poni voluimus indicationē tercipiendi fluxionem : materiamq; tophaceam iolliendi,& diſcutiendi quod videam, cū in hac, m in illa varia eſſe medicorum conſilia. Nam iod ſpectat ad intercipiendam fluxionem & ſi ſpa ı, per quę prętefluit fluxio, vt pote fortè latıora, laxiora poſſint adſtringentia, refrigerantiaque , hoc nomine intercipientia indicare : attamen p to fit, vt hunc ſcopum implere, illiq; ſatisfacere va amus : tum quia irruens fluxio huius ordinis obi- s reſpuit , tum quia intercepta materia facilè ad incipes partes prolabetur, niſi certè intercipiatur, ticulos , ſeu ignobiliſſimas particulas longè cum inori animalis incommodo occupatura. Quocir- niſi aliquod huius generis incommodum timea- r, vtile erit de intercipientibus humoribus fluen- ous conſilium, ſecus verò ſanum & valdè expedi- m erit illud dimittere. De Tophacea ſeu gypſea ateria remollienda , illud tantum notamus, toto s aberrare cælo qui hac in re mollientia vtilitatē atura exiſtimantes leuiſſimè inſaniunt. nam etſi ıturam interdum, vel per alui defluxus, vel per vri ıs ſcribatur ſibi viam aliquādo comparaſſe topho m expurgationi ; certiſſimum tamen eſt vel illos phos legitimos non fuiſſe, vel ſi naturę miniſterio ctum eſt , arte tamen humana tophos articulorū nollientibus vinci nulla ratione poſſe. Vnicum im illis eſſe ſolet remedium , quemadmodū ſuo co dicemus , vt extrahantur radicitus , & tāquam bſtantiæ toto genere pręter naturam auferantur. d iſti ſcriptores, vt verbis, ſic ſcriptura ſæpè inſa- niunt,

Gal. l. 5. ſimpl. cap. 9.

niunt, qui vel mortuorum, artis suæ ope, resurre-ctionem pollicentes, & insana quadam præstandi libidine perciti omnia sibi arrogantes cum alios ad pessime de se ipsis ominandum propter suam intē-perantiam temerarie prouocent, & ipsi se Deos deinde faciant, de alijs omnibus deinde iniqua impudenter pronunciant, quos tamen tanquam amentes & temerarios mittimus. Et mittimus simul hāc curandi methodum, tanquam satis aptè expositam Potius ad illius administrationem venimus. Quoniam verò tempus, quo ingruit arthritica fluxio primam partem fecimus curationis: imprimis obseruare debebit medicus possit ne dolor, quem tempore irruentis fluxionis maximum facere negotium diximus, medicamentis, quę quod dolorem leuent anodyna, vocata sunt, aut multopere mitigari, aut prorsus, quod magis esset optandum, tolli. Si etenim id consequi dabitur, iam felicior succedet, cum de toto corpore, tum de partibus mandantibus prouidentia. optimè namq; ab Auicenna in vniuersalibus suis canonicis præceptis admonemur & docemur cum voluerimus vniuersum corpus euacuare, prius esse nobis sedandum dolorem: quod desumpsit à Galeno, qui, cum Hippocrate, dolorē prius tentat anodynis, quam totius euacuatione. Quod nisi anodynis tolli possit dolor, quamprimū de vniuersi corporis, partiumq; amandantium euacuatione cogitandum erit. Vt ergò & quæ, & qualia anodyna deligenda sint, & omnino cum illorum inuentio, tum dexter eorundem vsus innotescat, præstat de anodynis non nihil dicere, quod neque iniucundum, neque inutile futurum existimamus.

Gal. & Hippo.

De Anodynis, Anodynorumq; materijs. CAP. XXI.

SAnè Anodynum medicamentum illud Galeno dicitur, quod dolorem prorſus lenit, ſeu potius exſtinguit. anodyna etenim medicamenta illi dicuntur, quę nobis indolentia, hoc eſt dolorem leuantia ſunt. Et quanquam videtur Galenus eo loco ſeorſum de ſtupefacientibus ſeu narcoticis verba facere, tamen illud in genere accipit, anodynum id eſſe, quod dolorem vel mulcet, vel ſedat. Quæ autē, qualiaue, & quot ea medicamenta ſint, quæ anodyna vocari poſſint idem Galenus proprio loco docet, admonens anodyna duplicis eſſe ordinis, alia, quæ anodyna tantum nomine vocantur: alia, quę cum nomine, tum re ipſa anodyna ſunt. Sed rem adhuc enucleatius diſtinguens idem Galenus, declarat anodyna nomine tantum ea eſſe, quæ facultatem ſentientem demortuam, vel certè conſopitam reddūt, inter quæ principem locum ſibi vendicant narcotica, ſeu ſtupefacientia omnia; verè autem, & re ipſa anodyna ſunt, non quæ ſenſui vim inferunt, ſed quę primo gradu calefacientia, in partium tenuium ſubſtantia contenta ſunt: quæ ſcilicet reſoluant, & rarefaciant, & attenuent, & concoquant, & exæquent, quidquid in dolentibus partibus aut ſuccorum acrium, aut lentorum, aut craſſorum, aut multorum in meatibus tenuibus infartorum: aut alicuius vaporoſi, & valdè frigidi ſpiritus, qui exitum idoneum non habet, inhæſit, atq; incluſum eſt. Itaque, ex Galeni ſententia, anodyna propriè dicta ea ſunt, quæ non quidē in facultatem agunt, ſed quæ in obiectum diſſentaneum, & iniucundum operantur non quidē quacunque ratione, sed inſenſibiliter, ſcilicet digerendo:

Gal. l. 2. ad Glauco. cap. 6.

Galen. 5. ſimpl. cap. 19.

Gal. l. 5. ſimpl. cap. 19.

Recentiorũ quorundam de Anodynis examinata sententia.

do: exſequando: concoquendo: attenuando: opus compleant. Sed video hanc rem à recentiorum nõ nullis alia ratione audiri; quocirca licebit non nihil ad hanc rem dicere. Ad dolorem gignendum duo concurrunt: vis ſentiens: & obiectum doloroſum, quod ſentitur. nam ſiue dolorificum obiectũ: ſiue vis ſentiens deſideraretur, dolor nulla ratione excitari poſſet. Ergo ſi debet ſedari dolor, horum duorum alterum ſit oportet, vel vt facultas non ſentiat: vel vt obiectum non agat in vim ſentientem. quamobrem indolentia ſeu anodyna medicamenta proprie dicta, vel obiectum vel facultatem reſpiciant oportet. Ego ita puto, quod vel conſideramus anodyna quatenus verè vtilitatem ægris afferunt: non modo illis illudentia, verum etiam illos verè iuuantia: vel anodyna conſideramus, quatenus tantummodo dolorem ſedant, etiam ſi non verè iuuent ægrotantes. Si prima ratione conſiderentur anodyna credo illa vere, & legitime dici anodyna, quę non modo dolorem mulcent, verum etiam cauſſam doloris quoquo pacto adimunt: itaut verè non fucatè iuuent. cuius certè ordinis ſunt tum quæ à Galeno iam proximè deſcripta ſunt, tũ quæ ille eodem loco ſanantia appellat. quæ inter ſe habent latitudinem, & ab efficacia operationis magis ſanantia, quam anodyna, vel magis anodyna quam ſanantia vocari ſolent. hæc enim quoniam quidpiã aduerſus cauſſam morbificam moliuntur & vere non fucate iuuant anodyna verè dici debent. Quod ſi prima ratione anodyna conſiderentur, dixerim illa eſſe quæ in facultatẽ agunt, quæ, etſi varia ſunt, per quandam tamen antonomaſiam primam ſedẽ narcoticis, ſeu ſtupefacientibus præbent: quę, vt dicebat Galenus, eatenus dolorem leuant, quatenus

ſenſum

ſenſum adimunt: ſenſum verò adimunt, quatenus vehementi ſua frigiditate natiuum calorem, qui eſt facultatis ſentientis, atq; adeo etiam aliarum facultatum inſtrumentũ hæbetant, & labefactant: Huic ſuccedunt, quæ ſi non ex toto ſenſum adimunt, torporem ſaltem aliquem inducunt, ac proinde ſensũ diminuunt, quod pariter prçſtãt natiuum calorem minus hebetando, diminuendoque. Tertium locum habent quæ facultatem neq; mortuã reddunt, neq; diminuunt, ſed diuertunt, & alio reuocant, ita vt ad eam præſidij vim allecta nõ ſentiat prçſentem aliquem dolorem. Quartam, & poſtremam ſedem occupant ea anodyna, quæ ita in facultatem, hoc eſt in facultatis inſtrumentũ in calorem ſeu in radium agunt, vt illam diſcutiant digerant, & minus ad ſentiendum aptam reddant; quæ à ſecundi ordinis anodynis differunt, quod illa ſtupore inducto, hæc ſine ſtupore aliquo, diſcuſſa & imbecillio ri reddita facultate dolorem mulcere videntur. Ergo inter hæc illa anodyna verè & ex vſu artis ſint, quæ non in facultatem agunt, ſed quæ in obiectum doloroſum: & rurſum quæ in obiectũ doloroſum a nobis ſunt ſincerè anodyna, quç vires obiecti propter quas illud doloroſum eſt, frangunt, impotentes & haud dolorificas reddunt, qualia ſunt, quæ calida ſunt, & tenuium partium, quæ attenuant, concoquunt, exçquant, diſcutiunt, & omnino obiectũ, quod antea doloroſum & improportionatum erat, familiare & proportionatum reddunt. his ſuccedunt, quæ dum hæc præſtant euacuant, ſed non ſenſibili & inſigni euacuatione quæ non ineptè dixeris miſta ex anodyna & ſanante vi. Nec poſtrema sũt, quæ obiectum alio trahunt, & commouent. Atq; tandem vltima ſunt, quç obiectum dolorificum fun

damentaliter ex toto euacuant ac radicitus ſurri
piunt. quæ ſanantia potius, quam anodyna verè d
xeris. Quamobrem non inſcienter quiſpiam qua
tuor hæc genera anodynorum mutuo conferens, in
ueniet, quæ agunt in facultatem, illis quæ agun
in obiectum quadantenus ſimilia eſſe. Vt ſcilice
quemadmodum ſtupefacientia narcotica vocata e
tenus dici anodyna ſolent quatenus emortuam re
dunt, & e medio tollunt facultatem ſentientem: ſi
ſanantia eatenus anodyna dici poterunt, quatenu
obiectum ipſum doloroſum è medio tollunt, & ſe
re emortuum reddere videntur, cum per hęc illu
eſſe deſinat, & quemadmodum ſecundi ordinis an
dyna erant, quæ cuiuſdam ſtuporis leuis, quem in
ferunt, interuentu dolorem mulcent: Sic ſecund
ordinis anodyna ſunt, quæ per quandam hebetud
nem, quam obiecti actionibus inferunt dolore
minuunt. Et quemadmodum tertiam ſedem obt
nebant, quæ facultatem aliò alliciunt: ſic & terti
in hoc ordine ſedem ſibi aſciſcent, quæ obiectu
ipſum aliò transferunt. Et tandem quemadm
dum quartum locum ſibi vendicabant anodyna
quæ facultatis radium, ſeu calorem digerunt, ita
minus integrè ſentiat obiectum doloroſorum: ſ
quartum locum in hac ſerie obtinebunt, quæ obi
ctum ipſum digerunt, reſoluunt, & inſenſibiliter
uacuando ita minuunt, vt minus doloroſe agat, n
nusq; ſentiatur. quæ ſanè diſtant ab iis, quæ heb
tant obiectum, quod illius qualitatibus tactiuis ob
ſtant tantum, nondum illud euacuando: cum ha
per inſenſibilem euacuationem illud digerendo f
gant atque diminuant. quæ quoniam Galenus v
co actu ſimul deſcribit, forte quod vniuſcuiuſq
actio ita ſit alteri mutuo coniuncta, vt alterum ſi

altero

altero re vera reperiri non soleat, nos quoque vnico capite complecti voluimus, & hoc vnum caput illis duobus anodynis spurijs opponere, in quorum altero torpor, in altero vero discussio radij seu caloris perficitur: quæ duo pariter in vnum fortè tandem recidunt in facultatis scilicet hebetudinem ac diminutionem, perinde atq; hæc duo in vnam ipsius obiecti diminutionem ac hebetudinem, quam obrem quemadmodum stuporem intensum inducens, seu narcoticum dici nisi improprie anodynũ solet, vt notat Gal. sic sanans non nisi improprie anodynum vocabitur. Atque hæc duo sine controuersia videntur spuria, & iure ab anodynorum albo reiicienda. Reliqua cum, quæ in obiectum, tum quæ in facultatem agunt videntur media ratione incedere, & partim anodyna facultatis, partim anodyna corporis appellari. Neq; iniuriosum esset hoc facere, nisi cum Galeni auctoritas, tum rationis momentum obsisterent, omninoq; hæc duo nobis persuaderent, proprie dicta anodyna, quæ non modo dicuntur sed re vera anodyna sunt, illa esse, quæ ad obiectum corporeum pertinent, quæ non quidem sanantia sunt (hæc enim, ritu stupefacientium, improprie, & translatitie solum anodyna vocari possnnt) sed quæ commoderantur, & exæquant qualitates dolorificas in obiecto non vero quæ in facultatem aliquo modo agunt, quod primum confirmatur supra scripta Galeni auctoritate. secundo vero ratione. Nam si anodynum directe debet opponi dolori, vt notat Galenus quodam in loco, illud certè erit dolori directe oppositum, quod destruet modum generationis & formalitatis, ipsamq; idæam doloris. At idæa, & formalitas doloris, stat in violenta & conferta actione obiecti non in vitio facul-

Gal. 5. simpl. 19.

Anodyna merè spuria.

Confutatur sententia Recentiorum de Anodynis.

Gal. 5. simpl. cap. cit.

Gal. 2. ad Glauc. cap. 6.

tatis,

tatis, cum dolor ſit corrupta ſenſatio non vitio fa-
cultatis ſed vitio obiecti, quemadmodum alibi c
Galeno à nobis oſtenſum eſt: ſupereſt ergo vt dic
mus, illud proprie eſſe vocandũ anodynum, quo
violentam, & confertam obiecti actionem adime
non quod facultatem aliquo modo afficiet. Et pr
pterea ſi quod ſit anodynum proprie dictum, qua
ratur, reſponderi poterit, illud vnicum eſſe, nim
rum, quod confertas, & violentas actiones, & aff
ctiones obiecti commoderetur, quod diſſentaneit
tem, & exceſſus ipſius obiecti doloroſi exæquat
quemadmodum diuinitus à Galeno inſigni illo lo
co, qui certè ad hoc argumentum proprijſſime ſp
ctat, traditum, ac veluti ſancitum eſt. Quod ſi d
anodynis translatitijs loqui liceat, dabimus cuiq
veniam, vt medias illas differentias hinc quiden
animi, hinc vero corporis anodynis adſcribat pro a
bitrio quidem, ſed non pro rei natura, & per quar
dam ſolam reductionem. Et tandem ſi de ſpuri
prorſus, & fictitijs anodynis fiat ſermo, dicendur
putamus alterum horum ſtupefaciens, ſeu narcot
cum eſſe, quod alioquin omnibus iniuſtius eſt, a
terum ſanans, quod quanquam maximè ab anody
ni conditionibus recedit, optandum tamen in art
eſt, & non poteſt nõ ſummopere in doloris curati
ne deſiderari: ſanans cum ſit, & ſubinde vniuerſar
doloris cauſſam radicitus aufferat. Facere fortaſſ
difficultatem poterit, quod in Galeno animaduer
ſum ſupra à nobis eſt, anodyna proprie dicta ſcil
cet, etiam digerere. nam ſi digerunt, inſenſibilite
euacuant, vt diximus, ſi inſenſibiliter euacuant
cauſſam quadantenus doloris adimunt, ſi cauſſar
quadantenus doloris adimunt, quadantenus etiar
ſanantia ſunt. itaq; & ſanantia dici legitimè anod
na

Lib. noſtro 3. de externis affectibus ad Turpit. pertinentibus.

Anodynum propriè dictum.

Galen. 5. ſimpl. cap. 19.

Anodyna tranſlatitia.

Anodyna merè ſpuria.

Dubitatio.

na poterunt, & anodyna sanantia. Vidit quidam ex recentioribus scriptoribus hanc difficultatem, sed cum ille putet anodyna omnia agere in facultatem, in calorem, in radium facultatis, respondens scribit, digerere quidem hæc anodyna proprie dicta, sed non caussam dolorosam (tunc enim essent sanātia) sed facultatis radium & calorem. Veruntamē hæc responsio mihi non probatur, primum quia Galenus, singulari illo capite, expresse, digeri scribit quidquid in parte humorosi, aut flatulēti dolorem facit, non autem digeri facultatem, illiusue radiū, aut illius instrumentum calorem natiuum. Præterea vero quia nunquam compertum est facultatem indicare sui destructionem, suiq; ablationem, nisi fortè vitiosa & excedens sit, quod in dolore non datur, nam in dolore facultas, nulla ratione, deprauatur, omnis deprauatio est in actione, propter de prauationem obiecti. Quocirca dicimus nos anodynum proprie dictum digerere, non fundamentū caussæ dolorosæ, sed affectiones confertas & violentas illius. Itaque non potest dici sanans. nam diceretur sanans si radicitus fundamentum violentarū & conferrarum affectionum, ac subinde caussam totam doloris euacuaret, & radicitus educeret, hoc enim sanans proprie Galenus vocauit. Sed digerit illos excessus illas affectiones obiecti, quarum interuentu dolorem infert, quarum merito dolorosum est, atque proinde anodyni formalitatem, ac proprietatem retinet, cum excessibus tantum dolorosis formaliter & proximè occurrat. De Anodynis ergo sic res se habet. De his dicimus illa in genere indicari à dolore. dolor namq; sui ablationem indicat, quod fieri solet anodynis: sed tamen illud animaduertendum non quocunq; tempore, neque à

Solutio cuiusdā recentioris.

Conf. solutionis.

Vera & propria solutio.

Galen. loco prox. citato.

Inuentio anodynorum & narcoticorum.

quo-

quocunq; dolore anodyna indicari: sed solum à d
lore, qui habeat rationem caussæ: nam dolor quoa
in limitibus symptomatis perstat, habetq; solum
modo relationem ad principalem morbum illu
facientem, vel nihil indicat, vel certe nos tantu
attollit ad sanantium indicatorum inuentionem
cum verò eo ferocitatis deuenit, vt nos quoque
gat de illius vehementia aufferenda cogitare, qu
maxime facit, cum intensas vigilias infert, cum p
pter suam vehementiam inflammationem, eo, q
supra diximus modo auget, spiritus dissipat, atq
consumit, tum caussę rationem assumens & inc
cantis idæam aquirens indicata & iuuantia, quæ
lum aufferant, commonstrat, quæ quoniam ad i
sum dolorem sedandum proximè diriguntur an
dyna vocantur. Horum ergò vsus opportunus f
rit pro doloris vehementia: nam si mentis, anin
ue seu facultatis anodynis, vt isti loquuntur, spe
mus posse dolorem mulcere illa erunt adhiben
prius. si illa idonea non comperimus, etiam cor
ris anodyna, hoc est quæ vere anodyna sunt, adm
nistrabimus. Si tandem hęc quoque non sufficia
stupefacientia, vel primum stuporem leuem, m
exactum inducentia tentabimus: memores interi
non esse adhæc vel vnquam deueniendum, vel t
solum cum vel antedicta incommoda expectantu
vel etiam timetur ex dolore syncope, aut timor f
tè est ne æger violētas sibi manus inferat, quod pr
pter doloris vehementiam alicui contigisse tes
est Galenus. Locus cui anodyna adhibenda sin
ipsa pars dolens fuerit, & modus sit per obliniti
nes, aut cataplasmata, in ischiade tantum per clys
ria propter loci consensionem inijcimus. In vniu
sali arthritide per os exhibemus. Illud noto in ve
tebra-

Quæ anodyna administranda.

Quando anodyna, & narcotica tentanda.

Gal. l. de comp. m. l. cap.

Vbi anodyna & narcotica administranda.

Modus administrandi in Ischiade & reliquis.

tebrarum affectionibus deuitandam esse topicam narcoticorum admotionem: nam illam posse paralysim vniuersalem vel illarum certè partium, quæ inde motum recipiunt, introducere, certum constansue videtur. Quantitas sit etiam plus quam requiratur moderata, neq; enim pro doloris vehemētia ipsa narcoticorum quantitas augenda, sed dandum multum esse credimus partibus laborantibus, ipsarumq; partium proprietatibus, de quibus supra dictum est.

Quantitas anodynorum & narcoticorum.

De Sanantibus. *CAP. XXII.*

SEd præter dolorem in arthritide diximus considerandа esse sanantia, quę scilicet difficilem motum, sublata caussa, ligatosq; articulos eiecto obice soluant. quorum nonnulla iam esse notauimus, quæ vniuerso corpori prospiciant, quæ communes vias euacuent, quæ irruentem fluxionem reuellāt, & reprimant, quæ materiam confluxam deriuent, & digerant. aliaue ratione educant: quæ partis imbecillitatem, adhæc & proprietatem respiciant: nimirum sunt hęc pręseruatoria partim, partim curatoria, partim mixta, partim vitalia indicantia. Nos de singulis, sigillatim loquamur, initio facto à fonte chirurgico, vt in more est positum, mox ad fontem pharmaceuticum, & postremò ad dieteticum properaturi.

De præsidiorum materijs, & primo de Chirurgica materia ratione totius. *CAP. XXIII.*

INter Chirurgica remedia, primum se offert considerandа sanguinis missio; nunquid scilicet tēpore affligentis exacerbationis arthriticæ sanguinis conueniat missio. in hac etenim parte, in præ-

De sanguinis missione.

ſentia verſamur. Quæ mea ſit de ſanguinis miſſio-
ne ſententia, alibi fuſe eſt diſputatum. Itaque ad
præſentem locũ quod attinet, ſufficiet animaduer-
tere, quod cum arthritis ita magnus affectus ſit, vt
nos ad magnum remedium excitet, debemus ſta-
tim ęſtimare, cum duo ſint magna artis remedia
ſanguinis miſſio, & prauorum humorum expurga-
tio, quod nam in arthritide ex his duobus magnis re
medijs indicetur? Sic aliquando, nec ſemel tantũ
diſtinguebat Galenus vniuerſum de ſanguinis miſ
ſione argumentum. Sic facit Auicennas, quo loco
materias ad arthritidem curandam idoneas, & pri
mum quidem ſanguinis miſſionem proponit. Nam
ſi arthritis à ſanguinis plenitudine fiat, ita ut ſangui
habeat rationem cauſſę effectricis, cum Galenus
tum Auicennas, immo cum his, quotquot de arthri
tide ex dogmaticis medicis ſcripſere, conſulunt v
ſanguis mittatur. Quantitas mittendi ſanguinem
ſit pro virium quidem, ſed non pro plenitudinis r
tione. nam dolori, vigilijs, alijsq; ſymptomatibu
plurimum dare oportet, quare interdum licebit n
vnica tantum ſed repetita etiam vice id facere, v
Aetius. Locus verò ex quo ſanguis educi debet
primum quidem, niſi aliquid obſiſtat, ſit per ven
ſectam: ſed quæritur quæ vena ſecanda ſit? nam
ſi vniuerſi ſimul articuli laborent, quod in vniue
ſali arthritide vſu venire ſolet, quæ nam venę erun
ſecandæ? ſuperiores ne, an, inferiores? dextri la
teris ne, an, ſiniſtri? Iam omnes articuli laborant
quare ſanguinem mittere non poterimus, niſi pe
tracto ſanguine ad aliquem locum affectum. Au
cenna dubio reſpondet, in vniuerſali arthritide v
triusq; cubiti venam eſſe ſecandam, neque metue
dam eſſe ad locum affectũ multitudinis pertractio

nem

Gal. lib. de cur. rat. per ſanguinis miſſ. cap. Et lib. meth. cap. alibi ſæpe. Auic. 22. 3. trac. 2. cap. 6.

Gal. lib. x. de cõpo. med. lib. cap. 2. & Auicenna loco cit. & Paulus & Aetius loc. parit. cit. & Demetr. Pepag. lib. de Arthritide cap. 28.

Quantitas.

Aetius lib. 3. ſer. 4. cap. 1. & lib. 3 cap. 23. ſer. 4.

Locus, ſeu vbi.

Auic. loco citato

nem quandoquidem non tantum affectos geminos illos articulos, facta in ipsos humorum tractione prӕmemus, quantum, & illos, & vniuersum corpus plenitudinis, & caussӕ facientis morbum euacuatione leuabimus. Quod si non omnes simul articuli laborent, sed vel superiores, vel inferiores tantum; vel certè magis illi, quam isti, vel magis isti quam illi, sine dubio ad longinqua facienda prius retractio erit, mox si opus fuerit ab eadem parte euacuatio. Hoc tamen loco noto prӕceptum hoc Galeni summa cum moderatione esse audiendum, maioriq; adhuc cum cautione esse executioni mandandum. Nam si, exempli gratia, magnopere laborent articuli extremarum manuum, laborent quoq; extremorum pedum articuli, sed longè leuius, non consulerem vt sanguinem detraheremus ex venis pedum, tum quia iam ipsi laborant, tum verò quia multò est ӕstimanda magis podagra, quam chiragra, quemadmodum in prognosticis diximus. quocirca in hoc casu, vel ab hӕmorrhoidibus, sanguis copiosè erit ducendus, appositione hirudinũ, quemadmodum suo loco proprio, scilicet de hӕmorrhoidali affectione tractatu dicam, vel certè, vbi primũ mitescat manuum dolor, ex ipsis brachiorum venis sanguinem mittere non inartificiosum, non inutile etiam fuerit. Id verò multo alacriùs faciendũ, si totius corporis plenitudo ab hӕmorrhoidali euacuatione suppressa ortum traxerit, tunc enim hӕmorrhoidum prouocatio singulare & prӕsentaneũ remedium euadet, & cęteris prӕferendum, & sӕpius etiam pauco dierum spatio repetendum. Hoc ipsum de menstrua expurgatione decernimus, memores tamen, quod si prӕteritum per multos iam dies sit menstruӕ expurgationis tempus, non licebit

ſtatim ad infernarum venarum ſectionem deuenire, ſed omninò vniuerſi corporis conceptam iam plenitudinem ſupernarum venarum ſectione minuere, mox ad infernas venas aperiendas deſcendere: quod ſi quo tempore inſtabat ipſa menſtrua vel hęmorrhoidalis euacuatio, pro iſtarum euacuationum aliqua, arthritis ſuperueniat; absq; cunctatione ſtatim in principio, curandum erit hanc, vel illam, prout huius, vel illius exiget neceſſitas, adapertis proprijs illarum venis, redintegrare, & fluxionem ab articulis ad loca conferentia reuocare. Secetur verò vena in brachijs media, ſi vniuerſum corpus quemadmodum ſuppoſuimus plenitudine laboret: vel etiam iecoraria, ſi videlicet iecoris caliditas, in cauſſa ſit quamobrem copioſus ſanguis congeratur. Vidimus in iuuene quodam arthritim ſucceſſiſſe propter cohibitam ſanguinis euacuationem per nares. huic multam opem attulimus prius quidem totius plenitudine iam congeſta, magna ex parte venæ ſectione comminuta, mox hirudinibus frequentius venis narium admotis. ſic enim tandem reſtituimus illi deperditam euacuationem. quanquam talis euacuatio, vbi ceſſat, ſi nouam allatura eſt affectionem, optanda eſſet arthritis, tanquam affectus minimè exitialis, quando, illius ſuppreſſio, in cathochem, in maniam, in vigilias inteſiſſimas ſoleat interdum migrare, quod nos hoc anno in Clariſſimo quodam Iuuene & factum vidimus, & remedijs opportuniſſimis etiam ſanauimus. Certè in Iſchiade à brachij primum, mox à pedis venis ſanguis mittendus cum Galeno.

Gal.x. de comp. m.lib.cap.2.

Materiæ

Materiæ præsidiorum pharmaceuticæ ratione totius quę sanantes dicuntur. CAP. XXIV.

PHarmaceutica præsidia, quę totum respiciunt, iam ad hunc locum spectare volumus. Quæ sanè tunc locum habebunt, cum arthritis non à plenitudine, sed à cacochimia fiat. nam tunc cathartica desiderari cum morbi ab humoribus qualitate peccantibus generantur Galeni præceptum est. Admonere tamen hac in parte non videtur vel iniustum vel inutile, quod quanquam arthritis à cacochimia tanquam à caussa effectrice generetur: sit tamen in toto corpore plenitudo, quæ si non effectiuè concurrat, saltem fouendo iuuet hanc affectionem; in hoc etiam casu propter topica remedia arthriticis administranda, venæ sectio, atq; adeò alia aliqua fortè sanguinis missio conueniat: nam, quemadmodum nos alibi ostendibus, vbicunq; spectatur sanguinis fauor (siue hic effectiue, siue tanquam caussa sine qua non concurrat) in magnis morbis, semper ex arte fuerit, venam secando, sanguinem mittere dummodo vires permittant. Et propterea in his, vbi lenita aluus fuerit, præstabit etiam venam secare, & aliquid tale circa sanguinem moliri. Sed quę nam fuerint regulæ hac in sectione, hac in sanguinis missione adhibendę? Auicenna consulit vt timeamus in frigida caussa nimiam humorum frigidorum recrudescentiam: & in caussa calida nimiā eorundem agitationem, attenuationem, atque turgentiam. Et propterea, in his neq; quantitas continua, neq; quantitas discreta, eadem ratione executioni mandabuntur, qua in plenitudine, seu in redundantia æquali omnium humorum faciente arthritim. quare & parca, & semel facta sanguinis missio

Gal. lib. de cur. rat. per sangu. miss. cap. & lib. 4. meth. cap. & alibi multoties.

Auic. loco citato.

ſio conuenіet ; niſi fortè arthritis à melancholic
ſanguine ſit, quo in caſu liberalior eſſe ſanguini
miſſio poterit. Sed de his omnibus fuſe alibi à no
bis eſt dictum. & propter hanc cauſſam in præſen
tia ad pharmaceuticorum materiam & in primis a
ſanantia deſcendemus. In quibus illud ſtatim nota
De Lenientib. re vtile eſt, toto eos aberrare cælo qui lenientibu
ſtatim in principio terebentinam Cypriam, aut Iuã
aut quidpiam, quod articulos reſpiciat permiſcent
cum ſæpè contingat vt, dum quæ partem reſpiciũ
in initio curationis toto adhuc corpore pleno, mi
ſcentur, ad ipſos articulos propulſemus fluxionem
& malum incautè, imprudenterq; augeamus. De
bent propterea eſſe lenientia ſimpliciſſima, & nul
lam partem affectam reſpicere, ſed communes tan
tum ductus mundare: quando his abſterſis, inani
tisque, aptius & expeditius poſſint humores in vni
uerſo corpore, ipſisq; adeò in venis, quinimo tan
Materia lenientium. dem & in articulis exſiſtentes præparari. Materia
lenientium, & horum modus, quemadmodum quo
que purgantium diuerſimodè perficitur. Nam &
per modum vomitorij: & per modum clyſteris: &
per modum glandis ſeu ſuppoſitorij: & tandem p
modum medicamenti per os aſſumpti cui facultas
inſit laxandi ventrem, talis primorum ductuum ab
ſterſio perfici poteſt. Hoc tamen notare præſtat
materiam cuiusq; huius ordinis medicamenti eſſe
oportere vi leniente præditam, non autem vi electi
ue ducente. qua in re video à non nullis varie pec
Clyſteria in ordine lenientium non ſunt proponenda trahentia aut uehementer purg. cari: qui in hoc cõmuni mihi non probantur, quod
quanquam quæ per os exhibent aluum lenientia, ve
re tantum vi leniente prædita deligant, vomitoria
tamen, clyſteria, ſuppoſitoria, vehementiſſima pro
ponant, quę alioquin furentia pharmaca continent.

Quo-

Quorum certè consilium mihi longè magis probabile videretur, si materiam tantummodo leniente facultate præditam deligerent. etsi verò id fieri posse dicant quòd neq; vomitoria, neq; clysteria, neque suppositoria à partibus remotis trahant: attamen nescio, debeamus ne illis hoc credere, hæc scilicet medicamentorum genera, si materijs furentiũ pharmacorum constent, & aliquantulum detineantur non tamen à longinquis trahere. quanquam enim verum sit materiam clysteris non ascendere immediatè ad ventriculum nisi in summis quibusdam conatibus, vt notat Galenus; verissimum tamen est etiam illius materiæ vim, & facultatem, si detineatur aliquantulum, per venas intestinorum, & per mesaraicas, & per simæ etiam iecoris venas posse altius se insinuare, & ipsas tandem lōginquas corporis regiones attingere & varia ratione remotiora quoque afficere. quod optimè intellexit Archigenes, illiq; subscribit Galenus, qui ad hepatis gibbam clysteres secundum vires suas ascendere expresse scribit, illosq; probat non modo ad reuulsionem à capite, verum etiam ad euacuanda quæ circa simam sunt hepatis. neque hæc Auicennę displicent, qui aliquando hanc eandem veritatem fassus est. quin Galenus in oculorum fluxionibus validam alui purgationem proponit, siuè per pharmaca ore sumpta, siuè per iniectiones per aluum. & Oribasius ex Ruffi auctoritate, non vulgaribus sermonibus, confirmat clysterijs esse hanc vim euacuãdi à remotis corporis partibus. Quæ cum sic se habeant, siue audienda sint de proxima immediataq; per similitudinem tractione, siuè vi vacui, eo semper spectabunt, vt doceant, propter eandem caussam, propter quam suspecta sunt medicamenta ele

Reiicitur quorũ dam Recentiorum sententia de clysteriis.

Gal. Methodi c.

Galen. lib.2. de compo.med. loc. cap.1.in fine.

Auic. 4. primo cap.17.

Galen.lib. 4. de comp.m.loc. c.8.

Orib.lib. 8. collect.cap. 24.

ctiuè ducentia per os sumpta ante humorum pur-
gandorum præparationem, suspecta quoq; esse qu-
cunq; alia, alia forma administrata, & in primis ips-
clysteria, dummodo cathartica vi, & multum tra-
ctoria facultate præstent. Hinc optimè aliquand
monemur, vbi opus sit primas vias lenire, vomito-
ria esse instituendum, vel clysteria proponenda, v-
trunq; tamen non acre, & tractorium, sed molle.
Et omninò longè tutius consilium fuerit, vbi lenie-
da fuerit aluus in arthritide, per vomitum, vel pe-
clysteres, cum vomitum, tum clysteres miti & le-
niente facultate solùm præditos adhibere, quam v-
hementer tractorios atq; catharticos, illud notan-
tes, vomitum in principio magis probari in poda-
dra: solutionẽ ventris magis probari in chiragra v-
Auic. notat. Si ergò de lenientibus, per os sumptis
sermo fiat, siquidem potio sit magis amica ægrota-
ti (quippè ægris, quantum fieri potest gratificari
optimum est) poterit ad biliosam arthritim pro-
poni potio ex syrupo rosato solutiuo, & mãna cum
aqua endiuiæ. Ad pituitosam ex melle rosaceo so-
lutiuo cum aqua mentæ. Ad melancholicam ex
melle violaceo solutiuo, cum aqua boraginis. Ad
sanguineam, quæ ad biliosam: cum sanguis facil-
secundum tenuiores partes in bilem migret, vt no-
tat Galenus. Quod si bolus magis amicus futuru-
est. Ad biliosam, vtile erit electuarium diaprunis
vel diasebesten sine scamonio, cum sacchari idone-
quantitate. Ad pituitosam, & ad melancholicam
electarium lenitiuum. Nam cassia sincera nõ vsq-
adeò propter frigiditatem humiditatemq; articu-
lis vtilis erit. & quanquam elect. lenitiuũ propter
senam, quam recipit, aliquibus suspectum sit, quoc
videatur purgãtibus potius, quam lenientibus ascr-
ben-

Lib. 4. de rat. uict. in acut. par. 6.

Sic consulit Serapio. sic Haly. sic Auic. sic alii cõsulunt.

Gal. 2. de diff. feb. ult. & lib. de Tum. prat. nat. & mille in locis.

De Cassia in Arthritide.

De elect. lenitiuo uocato.

bendum: nósque hos non vsq; adeò despicimus. quia tamen congruentior medicamenti materia in bolo arte non paratur, qua ad pituitam, vel melancholiam, quæ in primis vijs, illarumq; excrementis remista sit, purgandam, vti possimus. præterea verò quia sena in perexigua quantitate illi electuario miscetur, eaq; summopere castigata, atq; refracta, non timeo tale medicamentum leniens ad hūc vsum proponere. Quantitatem horum singulorū medicamētorum haud subnectere volui, quod pro habituum, temperamentorum, ætatum, sexuum, idiosincrasiæ, anni temporis, & aliarum huius ordinis conditionum varietate, varia & varia illa esse solet. Porrò ad Vomitoria quod attinet, in biliosa sufficiet hydrelæū tepidū, in pituitosa hydrelæum cum melle, quod pariter in melancholica iuuabit. Clysteria quoq; mollia sint, quæ communiter parantur ex maluarum, betæ, mercurialis, violarūq; decocto, oleo, & sale, nisi addere mellis portionē sit opportunum. Suppositoria quoque ex melle tantum fiant & sale. Neq; vltra hanc lenientium seriem ascendere primis arthriticæ accessionis diebus consultum fuerit.

Quantitas lenientium.

De Vomitorijs eorumq; materijs.

Vide Demetriū Pepagomenum lib. de arthritide citato apud Turnebum, à quo ex Græco in latinū est conuersus.

De materia suppositorum.

De Præparantibus. *CAP. XXV.*

QVod si de præparantibus, iam loquendum sit, in genere primum debemus illud adnotare primos syrupos esse oportere leuiores, ad hæc & quantitate minores, ac tertio indifferenter respicere vias communes totius corporis, non autē articulos affectos. nam sic humores qualitate in vniuerso corpore peccantes simplicissimè præparabimus, nondum autem attingemus eos, qui iam in articulos confluxere. quod certè facere nulla ratio-

R ne

ne debemus, ne potius & ad articulos à toto corpo re nouas fluxiones prouocemus, & humores in articulis quiescentes magis commoueamus, quod esset ipsum dolorem augere, & morbum exacerbare. Hanc ob caussam pręstabit in biliosa arthritide decoctis cichorei, sonchi, acetosæ, endiuiæ: in pituitosa syrupum de menta, oxymel simplex, syrupum de betonica: in melancholica syrupum de fumaria, de boragine, de violis, oxymel simplex instituere, cum aquis vel decoctis consentaneis: ita ut quantitas consuetam dosim non excedat. In sanguinea eadem præparantia, quæ biliosæ adhibita sunt, ex vsu erunt propter rationem supra in sermone de lenientibus allatam. dedita opera autem in biliosa, decoctiones, in alijs verò pituitosa scilicet, & melãcholica, syrupos proposuimus, quoniam in bilis redundantia dulcia omnia humorem biliosum augēt, atq; affectionem intensiorem reddunt, quod non præstant decocta in biliosa: neq; syrupi in alijs duobus iam dictis. Purgantia tandem, post humorum pręparationem locum habebunt, quæ certè prima vice communia, & indifferentia sint. quamobrem pro prima purgatione prohibentur, quę à proprietate trahunt à iuncturis. Si ergò potio magis sit commoda, ex vsu erit in biliosa infusum rhabarbari in aqua acetosæ, vel endiuiæ, cum additione syrupi rosati solutiui: in pituitosa infusum agarici in aquâ mēthæ cum additione mellis rosati solutiui: in melancholica senæ, & polipodij infusum cum additione mellis violati solutiui. Si boli magis expediant, probantur boli, in biliosa ex diaprunis sine scamonio partibus octo & vnica elect. rosati Mesuæ, vel elect. de succo rosarum. in pituitosa laudantur boli ex diasebesten sine scamonio, vel ex cassia cum

Gal. l. 1. simpl.

Materia purgantium.

mini-

minima quadam portione elect. diaphœnici: In melancholica commendatur electarium lenitiuū, cum modica quadam portione confectionis amech. Post hanc priorem corporis expurgationem, vtile fuerit aliam instituere, adhibitis syrupis compositis, in biliosa de cichorio composito, violato cōposito, addendo dosi consuetæ nonnihil maioris quantitatis, & fortè hoc ipso tempore prębstabit portionem iuæ arteticæ decoctis commiscere. quamuis, vt ingenuè fatear, in ipsa exacerbatione mali, satius ducerem abstinere, ab his, quæ articulos respiciant etiam in hac secunda expurgatione, & præparatione: sic in pituitosa probarētur syrupus de betonica compositus, oxymel compositum. Syrupus de stęchade, de duabus radicibus: quamuis syrupus de duabus radicibus in modica admodum dosi sit instiruendus. nimis enim aperit & fluxionem nimis incitare videtur. Sic tandem in melancholica erūt opportuni syrupus de fumaria compositus de violis compositus, oxymel compositum, cum decoctionibus consentaneis, quemadmodum dictum est.

Preparantia secundo loco administranda.

Post tales præparationes probantur purgantia: in biliosa quidem pillulę de tribus cum rhabarbaro addita portione cochiarum: in pituitosa pillulæ de agarico Mesuę, cum portione mastichinarum si ventriculus (quemadmodum vt plurimum esse solet) non vsquequaque sit validus, atque robustus. in melancholica pillulæ fœtidę cum masticinis: vel huius ordinis alię. Probat Rases pillulas de aloe, in vltima purgatione, quæ eò magis probantur quò iungi poterunt alijs pillulis, quæ principaliter alios humores educant. Quod si post humorum præparationem clysteria essent ex vsu, vel vomitoria; non essent tunc prætermittenda, quę efficaciter purgent:

Purgantia secūdo loco adhibenda.

Clysteria & Vomitoria acria quæ & qualia.

 qualia

qualia clysteria essent, quæ vim colocynthidos, & centaureæ herbæ reciperent. qualia vomitoria essent, quæ raphani succum, & asari radicem continerent, primum quidem statim à cibo: mox etiam si opus fuerit ante cibum ventriculo prorsus ieiuno. Consueuimus nos in paroxysmis arthriticis, quos ad quadraginta dies perdurare iam diximus, alternatim modo clysteria acria modo mollia instituere. Sæpè accidit, vt adsuescat natura trasmittere materias crassas ad intestina etiam solummodo mollibus adiuta clysterijs, quod in Illustrissimo Viro quodã, dum Vtini medicinam facerem per annum integrum obseruaui. in his inanes essent acriores clysteres, posteaquam molliores idonei sunt, qui quidem eo sunt acribus optabiliores, quò nulla cum molestia expurgant, nulla cum anxietate euacuant. Sed dum hęc fiunt, in arthriticis afflictionibus, consueuit dolor excruciare: quo quidem in casu iam indicationes, quas supra in methodo curatrice desumẽdas diximus, erunt exsecutioni mandandæ, & propterea, ad anodyna erit necessarium transire, statim quidem in principio, si ita doloris necessitas vrgere videatur: tardius verò, & omninò quandocunq; dolorem caussæ vices subire viderimus.

De Anodynorum materijs, & primo de Anodynorum propriè dictorum materijs. CAP. XXVI.

PRæstabit autem ita cum ægris agere, vt si fieri possit doloris acerbitatem ferant, & in aliud tẽpus protractis stupefacientibus omnibus vt Alex. ait ante cætera experiri; sufficere ne anodyna propriè dicta possint, & cum his simul, omnia alia anodyna spuria; hęcq; singula tentanda, vt dolorem, sepositis, semotisque pro nunc stupefacientibus sedemus.

Alex. Trall. lib. xi. cap. 1.

mus. Materias anodynorum propriè dictorum descripsit Galenus loco supra citato, & propterea pręstabit illis vti, modo sincerè aliquibus illorum, modo illorum aliquibus remistis, quibus etiam portio ceræ addi poterit, vt consistant, & hęrentia valentius agant. Quamobrem probantur pinguedines omnes recentes sal non expertæ, vt pinguedo vituli, hirci, gallinæ, suis, & anseris. Probantur pariter oleum commune ex oliuis maturis & recens & antiquum, oleum amygdalarum dulcium, anetinum, camomellinum, de seminibus lini, de seminibus sesami, & his admixtum violaceum. Probantur succi varij vt maluarum, fænugræci, violarum, tragi, & similium. Probatur etiam lac ouillum, caput lactis tepidum, oleum rosaceum completum, oui vitellum. Commendatur ptissana hordeacea cum oleo rosato completo, & oui vitello. Commendatur cataplasma confectum ex panis pulpa cocta cũ lacte caprillo, aut ouillo, aut etiam vaccino. Probat Demetrius Pepagomenus brassicæ & verbasci folia trita, & alia non nulla tanquam sua. Consueuimus adhibere familiariter olei rosati partem vnam oui vitellum, caput lactis ad alteram partem, in modũ linimenti. Cremor quoque ptissanæ coctus cum oleo rosato omphacino, addita portiuncula adipis vituli, vel castrati sal non experti. Sal enim, vt alio arthritidis tempore valdè vtile, quemadmodũ suo loco dicemus, sic vexationis, dolorumq; tempore improbatur. irritat enim magis, exacuitq; doloris caussas. Potest quoq; parari tale cataplasma. Rec. farinæ hordei lib. j. olei oliuarum, adipis castrati recentis añ. vnc. iij. oui vitellum; m. & fiat catapl. Cataplasma quoque ex ouis consueuit dolorem mirifice mulcere vt fiat, exempli gratia, cataplasma cum

Demetrius Pepag. l. de arthritide c. 41. & 42.

Alex. Trall. l. xi. cap. primo.

Paulus l. 3. c. 78

eum quinque oui vitellis, & oleo rosato completo vel sesamino, abundanter affuso. sunt qui conspergant hoc cataplasma puluere seminũ lini. sic enim adhuc redditur anodynum præstantissimum. Paulus rosaceum cum oui luteo commendat, cum vini momento. Nos rosaceum cum oui luteo admouemus copiosa, & frequenti irrigatione, inde etiam superponimus linteolum vino expressum oligophoro tepido tamen. Memoriæ subijcit Paulus & Alexander Ceratum ex lomento factum. Quid verò lomentum sit non bene constat, dici solet lomentum panis ex fabæ farina confectus: dici & lomentum Plinio consueuit ipsa fabacea farina: dici etiam lomentum video cretam, qua fullones in albis & poliendis vestibus vtuntur, quam Græci γναφαλιμ dicunt. Ad hunc vsum consulerem vel accipi farinam fabaceam, vel panis fabacei medullam, & ex ea ceratum componi, illo quèm Alexander & Paulus describunt modo. ℞ec. olei camomellini rosacei singul. vnc. duas & semissem. lomenti semiunciam. Ouorum lutea octo. Cerę vncias quinque. Hoc primum læuigato, deinde facto cerato in pila misceto. vtitorq; frequentius. Laudat Aetius in arthriticis doloribus vbi illi ex magna inflammatione oriantur, magnumq; habeant calorem, bilisque feruorem ediunctum, refrigerantia quæq; valida, cocta, & farinę, vel polentę panis remista, & cataplasmatis ritu admota. Sunt autem illa flores violarum, lactuca, lenticula, ramenta cucurbitæ, portulaca, rumex, semperuiuum, vmbilicus veneris, blitis, seris, & alia huius ordinis, aqua prius cocta, & ad cataplasmatis formam redacta. His ergò, & cõsimilibus danda erit opera vt ęgrotantes quiescant, & doloris sæuitiam mitigent. Quod si dolor tam acerbus

Paulus loc. cit.
Paulus loc. cit. Alex. Trall. l. xi. cap. primo.
Plin. l. 18. c. 12.
Paulus loc. cit. Alex. l. xi. c. 1.
Aetius l. xi. c. 29

acerbus sit, vt his neglectis syncopem etiam, vel certè animi deliquium, perpetuasq; vigilias inuehat, neq; tamen his adiumentis cedat, anodynisq; non remittatur, iam in hac curæ necessitate ascendere cum Paulo & reliquis antiquis ad stupefacientia, seu ad narcotica necessarium fuerit, quorum materiam variam sanè & multiplicem antiqui omnes describunt. Facile parabile est quod ex glaucio, & croco, & ex opio paratur, & cum posca dissolutum apponitur, aut eisdem medicamẽtis imbuta panis mica superponitur. Huic persimile erit, micam panis aqua maceratam, vel posca imbutam, cum succo semperuiui, vel portulacæ, vel solani, vel palmularum carne, & semine papaueris, pari portione adiectis, ouorum tostorum luteis, cum rosaceo delinire. quanquam hoc longè impotentius narcoticum sit, leuemq; tantum stuporem inducere sit potè. Ad hæc referuntur quæ Galenus ex Asclepiadis sententia describit, nam non modo opij sed aliorum etiã narcoticorum vim recipiunt, perfractã tamen multum, multumq; castigatam. Inter reliqua describit Galenus ex eiusdem sententia medicamentum narcoticum, quod propter operis, quod præstat efficaciam Iupiter ab Asclepiade vocatum docet, describit quæ opium recipiunt, & crocum, lacteq; bubulo, aut caprino dissoluuntur, addita mica panis propter consistentiam. quæque opium pariter, & crocum recipientia rosaceo simplici excipiuntur, admotis folijs brasicæ, vel betæ, ad custodiendas illorum vires, tuendamq; illorum consistentiam. Narcoticum quoq; illud est, quo vsum fuisse Erasistratum Sicyonium Galenus ex Archigenis auctoritate scribit. Mensura ingredientium per Chænices fit: quærunt, quid chæni antiquis fuerit. In

Paulus loc. cit.
Alex. loc. cit.
Gal. l. x. de cõp. m. l. c. 2.
Aet. l. 12. c. 39.
Auic. 22. 3. tr. 2. cap. cit.

Paul. l. & c. cit.

Gal. l. de comp. m. l. x. c. 2.

De Chænice varia.

adagio

Pythag. symbola *Budæus.* *Laertius, & Suidas.* *Homerus in Odyssea.* *Remnius Iannius.* *Erasistrati Siyonij med.* *Hippo. l. 5. apho. t. c. 25.* *Aet. l. & c. cit.*

adagio est Pythagorico in Chænice non seden dum: Disputat Budæus, quid propriè chænicis no mine audiendum sit, & multa sub hac voce contra eruditos omnes exagerat. Laertius, & Suidas, chæ nicem esse dicunt Hemerotrophim, idest diurnum cibum demensum, qui alicui in dies conceditur quasi nos dicamus sportulam, & salarium, quo mo do Homerum in Odyssea à Grammaticis expon videmus. Rhemnius, Iannius chęnicē, mensuram quampiam esse dicunt quaterni sextarij, qui quater assumptus, fit Graio nomine chænix, vt idem canit Iannius. Et Iannio ego quoq; assentior, posteaquā expressa Erasistrati Sicyonij de chænice mentio in medicamentis describendis maiorem certè dosim, maioremq; mensuram non superare satis doceat. Quanquam neq; dissimularem, posse chænicem ac cipi interdum pro mensurata quadam, præscriptaq; quantitate cuiusq; rei, quemadmodum supra dictū est. Sed nimis operosum fortè etiam superuacaneum fuerit singula narcotica à priscis medicis descripta huc transferre. Illud tantum addamus proponi ab Hippocrate largam frigidæ affusionem, tanquam medicamentum non modo narcoticum, verum etiam aliqua ex parte, non (quemadmodum nonnulli ex recentioribus interpretantur) anodynum, sed sanans. nam rationem propositi remedij afferens idem Hippocrates, quod tamen in aphoristica doctrina valdè mirandum est, videtur expressè non modò aquam proponere tanquam quid stupo:em inducens, seu tanquam narcoticum, verum etiam tanquam non anodynum, sed euacuans, atq; doloris caussam, vt in commento notat Galenus, abscindens. Sic Aetius scribit se vidisse quosdam multopere à podagricis doloribus leuatos ex vsu

aquæ

aquæ frigidæ, sic Hollerius, sic Antonius Sneberger, libello facilè parabilium aduersus articulares dolores testantur se vsu, & experientia eandem veritatem obseruasse. omninò exempla nobis quoq; non deessent: nisi in re satis conspicua timeremus nimiam morositatem, nimiamq; in scribendo insolentiam. Cæterum siue aqua, siue quidpiam aliud ex propositis præsidijs proponatur, administrandumq; sit, certò est certius (quod video ab Aetio, à Paulo, ab Alexandro animaduerte) non esse in illorum vsu diu persistendum, quod hæc quantum dolorem leuando prosunt, tantum partes affectas imbecilliores reddendo lædant. Sic Auic. sic Rases, sic vniuersa Arabum schola clamat, sic denique vsus & experientia me non semel docuit. Quinimo salutare mihi videtur Aetij consilium, quo ille monet ab vsu narcoticorum adhibenda esse nonnulla remedia, quę castigare, atq; emendare ipsorum narcoticorum malignitatem valeant. quãquam ad illorum medicamentorum, quæ ille recalefactoria vocat, quod attinet, ego anceps sum tutum ne sit, tàm cito, tàm confertim ad illorum vsum deuenire, cum & metasyncritica sint, & vesicantia, ac ferè dixerim pyrotica, quorum fortè materia nimis insolens in arthriticis vexationibus videbitur, tanquam illa, quæ possit fluxiones nimis allicere, & iam quiescentes redintegrare. quamobrem scopum curatiuum Aetij sequentes, non tamen medicamentorum materias imitãtes, consueuimus nos articulos, inclinante fluxione, longè mitioribus fouere, & recalefacere. ad quem vsum, & aquæ omnes sulphureæ nobis maximè probantur; & cataplasmata, ex melliloto, absinthio, farina fabarum, puluere baccarum lauri, & vino nigro generoso probamus. Pro-

Hollerius 5. aph. t. c. 25.

Paul. Alex. Aetius, & omnes recentiores.

Auic. Rases, & Arabes omnes.

Aet. l. 12. c. 31.

Aetij consilium consideratur, & quam sit tutum expenditur.

bamusq; iterum cerata tum vocatum Barbarum, tum citrinum, quod præterea vim colocynthidos, & castorei recipiat. Sed probamus nihilominus spongias imbutas aqua calcis, in qua absynthium, & spica celtica cocta fuerint. spongias iterum vino generoso in quo Theriaca fuerit dissoluta, vel spongias primum eodem vino generoso, aquaue aliqua sulphurea, vt Aponitana imbutas, mox Theriacæ antiquæ oblinitionem. Sed de his etiam dicemus in capite de discutientibus, seu de digerentibus. Nunc quoniam hactenus de totius corporis prouidentia, ac de fluxione reuellenda, de anodynis, & postremò de stupefacientibus diximus, sermonem ad reppellentia, seu reprimentia, mox ad iam dicta discutientia, digerentiaue conuertamus.

De Repellentibus. *CAP. XXVII.*

ILlud profectò de Repellentibus ante cætera adnotemus, quod cum repellens seu reprimens quodque medicamẽtum hoc prẹstet, vt fluxionem quẹ ad articulos irruens relabitur aut ad terminum à quo, aut ad alias corporis partes repercutiat; non semper in arthritide vsui esse solent medicamenta reprimentia. primum enim, si vniuersum corpus non benè fuerit euacuatum reppellentia suspecta erunt, si maximè illud scateat multis excrementitijs superfluitatibus. si enim repulsoria articulis adhibeantur, facilè fiet vt aliò conuersa fluxio, atq; fortè fortuna in partes principes impetum faciens, pro arthritide, repentinos interitus, spirandi difficultatem, syncopem, apoplexiam, distentionem neruorum, atq; id genus alia inferat. Quocirca Galenus expressè monet, vt in arthriticis fluxionibus omninò primum quidem repellentibus, secundo verò

Auic. l. 2. tr. 1. cap. 4.

Demetrius Pepagomenus lib. cit. de art. cap. 8.

Gal. l. x. de cõp. m. l. c. 3.

dige-

digerentibus vtamur, ſed non antea quam ipſę fluxiones fuerint euacuatæ. Sic tempus opportunum fuerit adhibendi repellentia vbi iam vniuerſi corporis prouidentia habita ſit: quod profectò de anodynis pronunciari indiſcriminatim non poteſt, quãdoquidem, etſi in anodynis quoq; hęc obſeruatio vtilis ſit, ſi tamen dolor ferociat (quanquam non dum de vniuerſo corpore prouidentia habita fuerit) expediet non modo anodyna, verum etiam ſtupefacientia adminiſtrare. At reppellentium administrandorum occaſionem nõ certè antea deſumes, quàm vbi vniuerſum corpus fuerit inanitum, tunc enim tuto illa adhibebis. Verum adhuc vlterius animaduertendum, non eſſe in quacunque arthritide vtilia reprimentia. omitto hoc loco arthritidẽ criticam, de qua certum eſt illam cuiusq; ordinis reprimentia recuſare, & de qua ſuperfluum eſt mentionem aliquam hoc loco habere, cum in primis nobis ſit de morboſa arthritide, non de critica diſputatio. Sed in arthritidis differentijs nonnullis omninò ipſa reprimentia interdicuntur quandoquidẽ in Iſchiadica affectione reprimentia, prorſus ſuſpecta ſunt. Sunt etiam ſuſpecta in arthritide vniuerſali, occupante ſimul eodemq; tempore omnes ac ſingulos articulos. Nam quo tandem fluxionem ad ſingulos articulos decumbentem repellemus, ſi ipſi articuli, qui imbecilliores ſunt corporis noſtri partes, ſinguli laborant? fortè ad vno in alium? fortè ab his in viſcera? quocunque tandem vertatur fluxio, ſemper illam ſæuiora mala comitantur. Semper illa maiora ſymptomata inducit. Ergò his differentijs arthritidis, aut certè huius ordinis alijs, ſi quæ modo exſtant, exceptis, reprimentia non erunt improbanda, niſi fortè materia fluxionis adeò frigida,

Gal. x. de comp. m. l. c. 2.

da, adeò crassa,& lenta sit, vt metus esse possit, ne ex refrigerantium vsu magis, magisq; crassescat, lenta euadat,& obfirmata in affectis articulis, cum propter frigidorum affusionem reprimi nequeat ad spatia, per quæ fluxit, multoq; minus, ad terminum, à quo fluere cœpit, aut tophaceam, aut omninò insuperabilem naturam acquirat: sicq; dum reprimẽtia, seu ab affecto loco repellentia adhibere speramus, vtamur potius sistentibus, atque materiam in loco affecto magis obfirmantibus. Hanc ob caussam Auic. in arthritide ex humore crasso, viscido, & frigido reprimentia multum damnat. nam talis humor, resolutis, ex reprimentium vsu, subtilioribus partibus, facilè tophi naturam subibit, vel certè adeò crassescet, vt discuti amplius nulla ratione possit. Porrò vbi opus sit vti istis repercutientibus, illud præstat adnotare modo euenire, vt sola reprimentia adhibeantur: modo etiam contingere, vt reprimentibus anodyna admisceantur. sic Aetius vno eodemq; actu vtitur anodynis, & repercutientibus, adhibet nimirum acetum, rosaceo remistum. Idem videtur præstare Alexander, qui rosaceum oleum oui vitello remistum ad dolorem leniendum fluxionemq; arcendam adhibet. Et omninò poterit vnusquisque pro arbitrio reprimentia anodynis miscere vt vno, eodemq; actu tum dolorem mulceat, tum fluxionem procul à tentata parte reppellat. Sed cum reprimentium facultas; præterquam quod perfrigerat, astringentis etiam non nihil retineat, quemadmodum notant Galenus & Auic. qui reprimentia medicamenta in facultatibus opponẽtes ijs, quæ ex alto trahunt, docent non modo refrigerandi illa facultate præstare, verum etiam crassa habere partes, & subastringentis quidpiam retinere,

Auic. 22.3. tr. 2. cap. 6.

Aetius l. xi. cap.

Alex. l. xi. cap. 1.

Lib. 5. simplc. 17
Auic. lib. 2. tr. 1. cap. 4.

re, notandum eſt in horum vſu, neq; admodum liberaliter, neq; adeò aſſiduè hęc admouenda eſſe, vt nimis & incraſſemus, & aſtringamus, itaut ea cõtingant incommoda, quæ Aetius ex prauo vſu medicamẽti illius, quòd ille ex Acacijs, & Veratris confici ſcribit, eo ipſo in loco & conſiderat, & deinde corrigere docet. In bilioſa ergò, & ſanguinea arthritide reprimentia fuerint, ſuccus portulacæ cum poſca: infrigidans Galeni: panis pulpa, lacte, acetoque imbuta: vnguentum roſatum Meſuæ ſucco granatorum, vel oleo omphacino admiſtum. ouum quoq; integrum hoc eſt album ſimul & luteum tãquam reprimentis medicamenti materia proponitur à Galeno: quod ſi omphacino oleo commiſceatur, euadet adhuc magis anodynum, magisq; reprimens. Hæc igitur, & alia huius ordinis longè magis probantur quam quæ aſtringant multopere, qualia ſunt cupreſſi nuces, gallæ immaturæ, balauſtia, & alia id genus, quæ certè vel nunquam, vel calidis tenuiumq; partium medicamentis admiſta adhibenda fuerint. Porrò quicunq; humor fuerit, fluxionem faciens, qui repercuti deſideret, ſemper medicamenta tali facultate inſtructa indicabit: eo tamen diſcrimine, quod ſi materia frigida ſit, neque tam valida reprimentia, neq; alia ratione quã actu aliquantulum calida adminiſtranda requiret. Si verò materia faciens fluxionem calida exſtiterit, & validiora reprimentia, & actu frigida adminiſtranda indicabit. quod maximè fit non modò propter naturam fluxionis, verum etiam propter naturam partium affectarum, quæ cum in frigida fluxione intemperatę per frigiditatem reddi ſoleant, maximum adhuc incommodum ex actuali frigiditate reportarent: quod non eſt timendum illis contingere in calida

Aet.l.12.c.26.

Gal.l.xi.ſimpl. cap.9.

lida

Hip. & Gal. l. 5. aph. 17.

lida fluxione, quando Hippocrates in ea aquã actu frigidam largè etiam affusam in calidis tumoribus, quemadmodum Galenus interpretatur, valdè cõmendet. Sit igitur repellentium vsus qualis iam dictus est. non multum scilicet astringant incrassentue: sint cum medicamentis tenuium partium coniuncta, & vt plurimum anodynis propriè dictis misceantur, actuq; calida in frigida fluxione, actu frigida, in calida administrentur. Ex his enim rite obseruatis patebit quàm iniustè Thomas Erastus repellentium vsum in Chiragra, & Podagra impugnare pergat: patebitq; nullum ex illis subsequi incommodum, quę ille, pessimè de repercutientibus istis ominatus, contingere consueuisse scribit. fortè si Erastus aptè, & cum his legibus, cum hac vsus dexteritate reppellentia adhibuisset, talia contingere incommoda non scripsisset. Sed Erastum dimitto libenter, quod video illius heresim satis luculenter fuisse impugnatam eiusq; argumentis sufficienter satisfactum ab Aemilio Cãpolongo huiusce Academię Patauinæ Professore Clarissimo, in sua per docta de Arthritide disputatione superioribus annis edita.

Erastus Disputat 4. contra Paracelsum.

Aemilij Campolongi tractatus de Arthritide.

De Digerentibus. *CAP. XXIIX.*

POst vsum reprimentium consulebat Galenus vt digerentia, seu resoluentia, seu discutientia administrarentur. Dicuntur autem talia medicamenta, quæ insensibili euacuatione partem liberãt à materia; quæ in illa insedit. quæ quidem si flatus sit, proprie discutientia cum Galeno, si humorosa & non dura digerentia, si humorosa & dura, non dum tamen tophacea vel lapidea emollientia indicare solet. Itaq; hoc loco de discutientibus, digeren-

Gal. l. 2. meth. cap. 8.

gerentibus, & emollientibus, quam breuissime dica mus. locuturi deinde proprio capite de agendis vbi materia iam tophacea reddita est. Profectò discutientia calida aliquantulum esse debent, & tenuitate partium præstare; qualia sunt, quę vocantur etiam anodyna. hæc enim iam cũ Galeno diximus eatenus anodyna esse, quatenus digerunt, & in halitum insensibilem soluunt confertas illas, & violentas conditiones, propter quas obiectum fit dolorificum, eorumq; sententiam reiecimus, qui illa agere in facultatis radium contendunt. itaq; discutientia, seu digerentia, quæ leuiora fuerint, sint anodynorum quoq; ordine comprehensa, qualia à Galeno proponuntur, oleum anethinum, chamæmellinum, quibus addi solent rutaceum, & de lumbricis. His validiora perhibentur, vulpinum, de castoreo, de costo, irinum, quæ tamen si ita sincera adhibeantur, solent, vt Galenus notat, materiam duram tandem reddere. quare vtile, immo necessarium fuerit, cum hæc digerentia administramus, semper nõ nihil emollientium illis addere, inter quæ oleum amygdalarum dulcium probatur, & pinguedo gallinæ, vt, gratia exempli, accipiantur æquales partes olei chamœmelini, de costo, amygdal. dulcium, & consueuimus nos etiam ante huius inunctionis vsum statim partem tentatam blandè fouere spongijs imbutis aliquo vino albo subdulci tepido, & statim eam administrare inunctionem, actu calidam aliquantulum. Ad hunc eundem locum facient fomenta parata ex spongijs, imbutis decocto florũ chamœmeli, origani, mellilоti, fęnugræci, florum roris marini, stæchadis, & similium, quod decoctũ fieri poterit vino aliquo subdulci. Et vis discutiendi erit augenda quo magis diminui inflammationẽ

Gal. l. 5. simpl. cap. 19.

Gal. l. 6. & cap. prox. cit.

Gal. l. 14. meth. cap. 4.

obser-

obseruemus, ita tamen, vt quantum calorificorum augeamus facultates, tantum etiam aliquid illis emollientium admisceamus. Quæ emollientia tandem sincera erunt administranda, vbi materiæ reliquias obduruisse obseruauerimus. fit enim sæpè, vt in articularibus defluxibus materia ad duritiem festinet, quod nauiter erit prohibendum, ne insanabilis tophus succedens, particulam in rigorem deducat. Gal. quæ propriè emollientia sint, non eodem modo visus est docere, qui aliquando scribit illa habere debere calorem vndiq; symmetrũ, ritu suppurantium, vel certè illorũ calore ita maiorem vt ad secundum vel etiam ad tertium gradum perueniant; præterea verò debere habere adiunctam moderatam siccandi potestatem: hæc namq; quæ scirrhi ritu indurata sunt emollire percõmode posse vocariq; propriè μαλακτικὰ hoc est emollientia putat. Sed huic mollientis definitioni repugnant maximè quę idem Galenus, quæq; Auicenna memoriæ reliquerunt. Nam Galenus alibi ipsa mollientia cum calore coniunctam habere humiditatem scribit, & rursum curare oportere scirrhosa corpora monet non calidis, & siccantibus, sed ijs, quæ moderata caliditate & humiditate agant. His consentanea sunt quę Auicenna ad hoc argumentum scribit; mollificatiuam medicinam illam esse, cuius proprietas sit vt ponat essentiam membrorum habentium spissos poros leniorem, calididitate, & humiditate sua. Et accidit ex hoc, &c. Quid igitur de mollientium natura decernendum? si sibi ipsi aduersarius est Galenus? si Galeno aduersarius est Auicenna in illorum natura explicanda, definiendaque? Franciscus Valesius maturè locorum pugnantia æstimata, tandem deserit Galenum

Gal. l.5. simpl. cap. 8.

Gal. 5. simp. c. 3.

Gal. 2. ad Glauc. c. 4. & 14. meth. cap. 4.

Auic. l. 2. tr. 1. c. de rat. medic. singular. quod est 4. sup. cit.

Franc. Valesius l. x. controu. cap. 14.

tanquam

tanquam incõstantem & Auicennæ partibus fauet. Sed profectò non instat veritatis necessitas tanta, vt pro ea debeamus Galenum deserere, quem hac in re, quemadmodum in reliquis sanam tradidisse doctrinam quod in nostris commentarijs in lib. v. Galeni de simpl. med. ad quæ lectores remittimus existimamus ostendimus. Quamobrem iam ad rem redeuntes sincera mollientia dicimus adhibenda esse vbi iam materia non dum in tophos, seu in lapidosam, gypseamue, aut lapideam naturam est versa quippe & tophos & lapides præduros in articulis concretos fuisse auctores sunt Ferrandus senior, Iulius Alexandrinus, Brasauolus, & alij, nosq; ipsi non vnico experimento id contigisse vidimus) Porrò quemadmodum emollientium materiam proposuimus, ad resiccatum humorem remolliendum peridoneam, ipsa scilicet gummata, bdelium: & ammoniacũ: pinguedines, & adipes: oleum amygdalarum dulcium, butyrum, radicem alteæ, ciclaminis, & alia id genus, sic alterius ordinis mollientia, quæ scilicet siccantia dici possint magis, quam humida, idem Galenus non vnico in loco in mediũ affert: qui etiam permiscet mollientia vtriusque generis inter se ipsa, & partim humectando, partim blanda euacuatione per insensibilem halitum, particulas obduratas ab infarctu liberare contendit. quocirca aliquando ad indurata ligamenta in articularibus doloribus, commouendum iubebat affectum articulum in halitu, seu in suffimento, quod ex lapide pyrite, vel molari eleuetur ex decocto aceti, cum alteæ, cucumerisq; agrestis radice parato. notat autem Galenus aceti vim recipientia omnia, quæ extrinsecus articulis admouentur, non esse indesinenter, & liberaliter administranda, sed per

Ferrand. lib. de Nephrit.
Iul. Alex. Adnot. ad lib. 14. Therap. meth. c. 13. & Brasa. 4. aph. c. 79.
Vuierus de Præstigijs Dæmonũ lib. 3. cap. 15.

Gale. 14. meth. cap. 4 & 5.

interpositas vices. nam virtus articulorum assiduum huius medicaminis vsum non tolerat, quemadmodum sine hæsitatione tolerabit virtus lienis, vel carnosi, musculosiq; alicuius corporis, cui ex siccitate non tam præsentaneum, quale articulis, nerueisq; partibus impendet periculũ, accidere valeat. Quamobrem dum talia suffimenta fortè administrare ex vsu alicui videbitur consulto factum erit, vt interim assidue alia mollientia adhibeantur, quæ magis familiaria articulis, non minus tamen vtilia euadent, inter quę probantur luta sulfurata, & bituminosa omnia, quæ cum emolliunt, & digerunt, tum nulla ratione articulorum siccitati aduersantur, quanquã illud animaduertendum est bituminosa tantum, & simpliciter mollientia effætos magis reddere articulos nisi deinde ab illorum vsu etiam roborãtibus vtamur. in quem vsum nos arthriticos, qui huc ad se ipsos curandos cõfluunt, mollientibus primum, mox digerentibus, & roborãtibus simul tractamus: tanta illorum vtilitate, vt quãplurimi hinc abeant, ambulentq; sua sponte, qui antea gestati, & vecti hac fuerant, ligatis, & omninò prępeditis articulorum motibus. Hoc idem commodum præstant & balnea Beatæ Helenæ in hoc Patauino agro, quæ re molliendi, digerendiq; facultate prædita, tam blandè, tam suauiter induratas articulationes remolliunt, vt, miraculi instar, ęgri hinc valentes, & summopere læti recedant. Præstabit & non exiguam vtilitatem ceratorum genus quodq; emolliens, moderateq; digerens, & cataplasmata, multa huius farinæ, quę video à Galeno proponi, multisq; in locis extolli. Probat ad hunc vsum Aetius oleum vetus salitum, quod alioquin mihi videtur vtile remedium, & à me nunquam sine magna vtilitate institutum.

Aet. l. 3. sermone 4. cap. 21.

rutum; vt proprerea non ſit mirum ſi Galenus hoc idem remedium ſtudioſè aliquando commendet. Atque hucuſque quidem emollientium vſus vtilis fuerit,& digerentium. Sed niſi hæc materiam iam confluxam radicitus euellant, quid tandem agendum? Tria (vt mihi quidem videtur) pertentare nunquam fuerit inutile. Primum, vt hirudinibus, vel cucurbitulis corneis,contentam in articulamentis materiam educere experiamur. Secundo vt idẽ tentemus veſicantibus, ſeu phœnigmis. Tertio,& poſtremo vt vſtionibus hoc idem aggrediamur.quę ſanè ſi videantur adhibenda non poſt ſed ante emollientium, & digerentium vſum, vtilitatis periculũ Medico, qui illa exercebit, libentiſſimè relinquemus, nos vtrunq; pro occaſione fecimus. *Gal.l.2.ſimpl. cap.18.*

De Hirudinibus. *CAP. XXIX.*

SAnè vſus hirudinum veteribus familiariſſimus fuit, ad eas materias euocandas,euacuandasq; quę in parte diſtenta, atq; inflammata inſederint, ſic in externis inflammationibus, atq; eryſipelatis illas fuiſſe adhibitas apud Gręcos, & apud Arabas legimus,& nos quoq; retentiores illas non ſine vtilitate adhibemus. Sed interim eſſe memores nos oportet, neq; de hirundinum, neq; de cucurbitularum, neq; de phœnigmorum adminiſtratione cogitandum antea eſſe, quam ita accurata de toto corpore habita ſuerit prouidentia vt quælibet influentis humoris ſuſpitio ſublata ſit quantum enim topica hęc medicamenta à materia particulari particulam obſidente indicantur: tantum à materia vniuerſali toto corpore contenta,& ad loca affecta irruere potente prohibentur; vt propter hanc cauſſam in Iſchiade Galenus, nunquam de particularibus, *Gal. l.x. de cõp. med.l.c.2.*

topicisue præsidijs loquatur, nisi prius toti corpori satis prouisum esse intelligat. Porrò modus administrandi hirudines omnibus manifestus est. nam singulo articulo geminæ, & ternæ solent admoueri hirudines quæ sanguine saturæ, & plenæ tandem spontè concidant, fluente deinde sua spontè sanguine ipso, quoad satis esse videatur.

De Cucurbitulis. CAP. XXX.

MOdus quoq; administrandi cucurbitulas nemini non patet. nam primum quidem cum flamma sine scarificatione; mox cum scarificatione adhibentur cucurbitulæ paruæ, quas cornicula nostri vocant. quanquam, vt ingenuè fatear, longè mihi magis probantur cucurbitulæ ex materia cornea conditæ, quę vtraq; parte patentes suctu oris applicantur. nam longè minus dolorificæ sunt, longè minus siccant, & aptius affiguntur: præterea verò sine flamma applicantur, quæ flamma in articulis siccatis, non vsquequaq; probanda est. Vtetur autem Medicus pro rationis arbitrio modo his modo illis.

Phœnigmi, & Dropaces. CAP. XXXI.

HOc idem faciet de Phœnigmis, seu vesicantibus, atq; dropacibus, quę sanè præsidia ad materiam ex profunditate articulamentorum insuperficiem pertrahendam mirificam obtinent potestatem, vt propterea ex alto trahentia veteribus dicta fuerint, aliquibus etiam per abusionem metasyncritica, vt Galenus notat. parantur autem huius generis præsidia ex multiplici medica materia. Cantharides nonnullis magis familiares vidimus, quæ sanè nisi vesicam vrinariam læderent, principem inter

fet hæc omnia locum obtinerent: sed vidi ego geminas sanguinis libras per vrinam excretas vnica nocte, qua phœnigmum ex cantharidibus brachio cuidam Veneto Mercatori applicueramus Benedictus Rinius non vulgaris olim Venetus Medicus, & ego. Vidi alia etiam varia ratione vesicæ molesta, quæ ex cantharidum vsu contigere. Et si dissimulandum non sit, hæc omnia quotcunq; & qualia cunq; fuerint, statim sedari cum phœnigmi materia fuerit ablata. Si tamen cantharidum vsus sit suspectus, flammula herba, seu batrachium tantundẽ valebit. Valebit & tandem tantundem iberidis herbę medicamentum adeò à Galeno ex Damocrate commendatum. Est autem Iberis, idem atq; Lepidium, si Galeno, si Paulo credimus, nasturtio valdè similis herba vt eam aliqui etiam montanum nasturtium appellent. Hæc ergò singula medicamenta, quę acres, & vlcerantes, vesicasq; excitandi facultates obtinent, calidæq; sunt in fine tertij gradus cum caricis pinguibus, vel cum porcelli axungia, applicari cataplasmatis ritu solent. Vel etiam cum synapi & fermento, acerrimoq; aceto scillæ etiam vim recipiente, ad cataplasmatis consistentiam: curantur verò vlcera ab illis excitata vbi diu manantia asseruara fuerint, ritu omnium vlcerum moderatè siccantibus. Quanquam verò huius ordinis medicamenta magis videantur Ischiadicis apta, quam reliquis articulis, cum articulus Ischiæ omniũ maximè profundus sit, & propterea magis ex alto trahentia desideret, vt propter hanc quoq; caussam reliqua articulamenta affecta, repellentibus medicamentis gaudeant, à quibus Ischię articulus multopere abhorret: attamen sæpè eadem medicamenta reliquis quoq; in articulis ex vsu esse possunt, &

Benedictus Rinius.

Gal. l. & c. cit.

Paul. l. 3. c. 78.

Gal. l. & c. cit. Aet. & Paul. l. & cap. cit.

mate-

materias in ipsis adactas, neq; mollientibus discutientibusq; euacuatas, euocare in superficiem, partemq; ipsam ab eo infarctu liberare valent, quamobrem Arculanus iure optimo inter reliquos scriptores phœnigmũ in arthriticis laudat; testaturq; se hoc medicamẽto à dolore arthriticum liberasse. Hoc idem affirmant Iacobus Douynet, & alij recentiores. quamuis hic Iacobus mihi in eo deinde videtur improbandus, quo inanem ridiculamq; appellat distinctionem, quam de humoribus facientibus arthritim elicimus, qui vult quancunq; arthritim sinè humorum delectu, ac discrimine eadem ratione esse curandam, qua quidem de re supra quod sat fuit diximus. quamobrem non fuerit sine vtilitate, ad reliquias materiæ excrementitiæ adactas radicitus euellendas, omnibus in articulis indiscriminatim, ijs, quæ supra notata sunt optimè ęstimatis, in primis verò deuitatis regionibus excarnibus & tendinosis, neruosis, ac membranosis talia medicamentorum genera adhibẽda, potissimum si arthritis sit pituitosa, non biliosa, aut sanguinea. quãuis ad sanguineam, biliosamq; quod attinet, aut nunquam, aut certè per rarò contingat, hanc vel illam talibus, tamq; vehementibus præsidijs opus habere, cum longè benignioribus ac facilioribus discuti soluiq; soleat.

Arcul. Coment. in l. 9. de Almansorem.

Iacobus Douynet. l. 4. Apolog. cap. 2.

Postrema Curatio. CAP. XXXII.

POstrema curatio pertinet ad tophaceam arthritim, quæ scilicet, vti diximus, neq; mollientibus, neq; discutientibus, neq; metasyncriticis, phœnigmis, aut dropacibus sanari potuerit. qua in re quamuis antiquum in medicos vigeat dicterion, nescire medicam artem vincere arthritim nodosam: atque

atque vere hæc arthritidis differentia, vix videatur curationem aliquam admittere; nihilominus tamē aliquando, natura pręmonstrante, factum est vt hæc quoque fuerit persanata. Interdum etenim spontè natura disrupta articulorum cute, disruptis particulis cuti subiectis, consueuit tophos ex articulis edere, atq; spontanea euacuatione propellere. Porrò in tophaceæ arthritidis curatione, quod supra etiam à nobis notatum est, video à nonnullis peccari, dum illi mollientibus, & digerentibus profitentur se posse illam quoque vincere, emollitis, atque discussis tophis. atque, vt reliquos sileam, qui nimia audacia in re medica facienda, omnia polliceri non timent, mihi sat sit historia, quam Ioannes Schenchius ex obseruationibus Iacobi Horstij refert, in qua ille describit tophum arthriticum placidissimis mollientibus, ac digerentibus fuisse deuictum, & in halitum insensilem solutum. Sed miracula refert Schenchius, quę neq; ille vidit vnquam, neq; alij viderunt, fortasse namq; tumorem adhuc humorosum durum tamen pro topho ille accepit, quemadmodum ab Aetio factum videmus. Quocirca nos aliam curandi rationem instituentes, ex rei natura remedium inuestigemus. Certum enim est materiam tophaceam esse substantiam quādam toto genere pręter naturam, cum etsi ex humoribus iam illa sit facta, amiserit tamen humoris famā, adeo, vt extra naturæ vires illa omninò sit, nullamq; referat similitudinem cum ijs humoribus, qui natura in nostris corporibus generari solent. cuius ordinis esse solent steotomatum, meliceridum, atheromatumq; materiæ, quæ hanc in primis ob caussam toto genere præter naturam à Galeno appellari solent, quemadmodum nos existimamus. Hæc ergò substan-

Ioa: Schenchius lib. 5. obser. 155.

Aet. l. 12. c. 45.

Gal. lib.

ſubſtantia toto genere præter naturam nihil aliud indicat, quàm ſui ablationem. Et quia non amplius eſt fluxilis, non amplius eſt tractorijs medicamentis obſequens: non amplius mollientibus, aut digerentibus, aut ex alto trahentibus euocari poteſt, aut in halitum ſolui. propterea vel tota ſimul, vel fruſtatim eſt eradicanda, educendaque. Sed partes illā circumueſtientes prohibent operis exſecutionem: quare neceſſarium eſt ipſas continentes partes ſoluere, & per illas aditum topho extrahendo comparare. quare neceſſarium fuerit, aut vſtione, aut cauſtico diſrumpere particulas contegentes tophos, & per patefactas vias, per comparatos meatus illorū euacuationem procurare, illorum extractionem machinari. Sic in veſica contentos tophos, & calculos, diſſectionibus curamus, patefacta veſica, atq; patefacta carnoſa ſubſtantia, illos concludente. Porrò in hac diſſectione ſunt qui magis probent ferrum acutum, qua cutaneas articuli regiones, atque ligamenta ipſa, vſq; ad profunda articuli aperiant: ſunt qui magis ferro candente, & comburendo id præſtandum conſulant. Ego verò neq; hoc, neq; illud, ſed & hoc, & illud, habito ad diuerſa reſpectu probarem. Neutrum ſanè probo, ſi vel diſſectio, vel combuſtio adeò profunda facienda ſit, vt altiora penitioraq; articuli penetret. nam cum ex hac, tum ex illa, metuere oportet ſæuitiam maximam doloris, inflammationes, conuulſiones, & maligna tandem inſanabiliaq; vlcera. quamobrem nullum præter barbaros & audaciſſimos medicos credo de tali remedio cogitaturum. Probo autem ęque hoc, atque illud, ſi ſolum ſecundum cutaneas regiones, ſecundum ligamentorum ſuperficiem fiat. Quod quidem tunc vſu venire ſolet, cum tophi ſuperficiē

articuli

rticuli attingunt: cum tophi ad articulamẽtorum mbitum depulsi videntur. tunc enim in primis, & on alia opportunitate dabitur ad has combustiones, vel dissectiones deuenire. quod profectò aliuando nos factum vidimus, & legimus. nam & errandus senior libro de Nephritide, & Iulius Ale andrinus in Annotation. in Galenum: & Ioannes entmanus, & alij recentiores id se dissectionibus ræstitisse scribunt. Porrò quod dissectione perfici iximus, interdum natura sua spontè, per modum bscessus agit, interdum etiam Ars emplastris, caplasmati sue huiusmodi facultate præditis. Scribit nim Esaias Meuchsnerus emplastro quodã, quod lceratis iam articulis applicuerat, extractum fuisse ypseum tophum. Et alij affirmant per abscessum ontè sua tophos multos, & magnos ex articulis episse, & Galenus emplastro ex Caseo, & Philarius, & Aetius alijs cataplasmatis opus hoc tentãt. am verò modum combustionis varij varia ratione ciunt. Auctor libri de morbis, per buxeos fusos, el per fungos. Arabes per gossipium in turundæ rma obuolutum recentius. Alij per escharotica u per caustica aut sceptica id prę standum conten unt. Sunt etiam qui reliquis impugnatis, canden ferro id moliendum suadeant. Certè in Ischiadi a affectione explicatissimum præceptum Galeni t quod video ab Hippocrate illum sumpsisse, neessarium esse combustionem moliri candente ferro, idque non modo ad tophos extrahendos, de uorum extractione ibi ne verbum quidem ab illis t, sed ad claudicationem arcendam: cum ischiaicos nisi vrantur claudicare scribatur. Et quanuam nonnulli ex recentioribus, volũtaria potius, uam rationabili sententia ducti, censeant vstionẽ,

Io: Kentmanus l. de Calculis.

Esaias Meuchsnerus in obseru. proprijs.

Felix Platerus de obseru. propr & Ambr. Paręus l. de artrit. c. 20.

Aet. ex Gale. & Philagrio l. 12 cap. 45.

Hip. & Gal. l. 6. aph. 1 c. 60. & l. 1. de artic. tex. c. 40. 41. 42. 43.

Recētiorum sententia de combustionibus reiecta.

ab Hippocrate propoſitam non de candenti ferro, igneq; materiali, ſed de igne potentiali, & cauſticis medicamentis interpretandam, audiendamque eſſe, decipiuntur illi tamen ſatis turpiter, cum vocem vſtionis primum quidem in genere probat ſcriptores ſemper de ea, quæ per materialem ignē perficitur dictam cenſeant, mox ſeorſum eo loco Hippocrates non alium in ſenſum attuliſſe ſit viſus & profectò cum Galenus in eo aphoriſmi cōmentario vſtionem interptetatur, ſe ipſum, & Hippocratem refert ad librum de articulis, in quo Hippocrates de brachio iugiter excidēte ille diſſerit, cuius reſtitutionem ſine vſtione artificioſa, facta ferris candentibus, ibidem, ab Hippocrate deſcriptis, manifeſtiſſimè fieri non poſſe obteſtatur. quis ergò niſi ſummopere vel audax, vel leuiſſimus Hippocraticæ doctrinæ æſtimator in hanc abſurdam interpretationem deueniat, vt audeat vſtionis voce dropaces aut cauſtica, ignemque potentialem audire? Sed (vt dixi) vſtio hæc non tophos extrahendi, ſed articuli à luxatione, & motus deprauatione prohibendi gratia in coxendice probata eſt Hippocrati, vt quæ mucorem, nondum gypſatum, in articulo contentum abſumat, calorem partis roboret, articulamenti cutem ita arctet, vt veluti manum articulum conſtringentem, arctiusq; colligantem reddat, & ipſa ligamenta, vt Aetius dicebat, iam humiditate diffluentia, ac laxa, cogat, ac roboret. Nos vero nunc extractionem tophorum per combuſtionem aut per diſſectionem propoſuimus, quod in omnibus, ac ſingulis articulis vſu venire poſſe certiſſimum eſt: quemadmodum & alium quoque propoſitum vſtionis vſum poſſe reliquis articulis opportunum eſſe, ne dum coxæ, vel brachio, nemo iret inficias.

Ad l.1.de artic. t.c.40.41.42.43

Aet.l.12.c.25.

Aet.l.12.c.25. & Ruffus ex Aet.eodem loc.

Notant

Notant Recentiores in administrandis his per can- *Notandum circa rectam combustionem administrationem.*
dentia ferramenta vstionibus duo esse obseruanda.
Primum vt partes comburendas narcoticis obstu-
pefacere tentemus. Secundo, vt superiores regio-
nes partium comburendarum instruamus aliquo in
tercipiente, quod defensiuum vocant. Primum per
ficiendum eliciunt ex vehementia doloris, quem
illatura est combustio. Secundum ex imminente
fluxione, quam prouocatam iri credunt à dolore, &
combustionis caliditate. quæ omnia mihi non
improbantur. quanquam si combustio artifitiosè
fiat, & non confertim, & non ante totius corporis
purgationem, & non vrgente arthritico dolore, hęc
omnia vitari sine cautionibus illis poterunt: quæ
nè illud videntur habere incommodi, vt quo tem
pore articuli fouendi, roborandique essent: à frigi-
dorum administratione, à stupefacientium vsu
ledantur. Atque hactenus de præsidiorum mate-
rijs tum chirurgicis, tum pharmaceuticis: tum sa-
nantibus, tum mitigantibus satis diximus quod ad
eam curationis partem attinet, quæ vexationem ar-
thriticam continet. Addenda solum est ratio vi-
ctus: nam hac absoluta statim deueniemus, ad aliã
curationis partem, quæ arthritim considerat extra
tempus vexationis. Profectò non aptius illa po- *Materia diætetica.*
test assignari, quàm moderatione habita in sex re-
bus, quas non naturales medici vocant. Et primũ
quidem ad aerem, quod attinet, exacerbationis seu
vexationis tempore optimum esset, si modo id fie-
ri per artem posset, aerem ita disponere, ac compa
rare, vt idoneus redderetur, primum sanè, tempo- *De Aere*
re irruentis fluxionis, per frigiditatem ad humorũ
repulsionem, mox progrediente tempore, non ni-
hil remitteret illius repulsoriæ frigiditatis, atq; ali-

quid digerentis, comparata aliquali caliditate, retineret. Et postremò, efficeretur, vt magnam, bonamq; partem acquireret facultatis digerentis: & omninò aerem ea ratione instruere, pręstaret, qua ille cuiq; arthritidis tempori responderet, & omni ratione prodesse posset. sic enim in hac parte curatrice, ratio sufficiens aeris haberetur. Vt hinc colligi possit errare toto cælo illos, qui communiter pronunciant, aerem frigidum arthriticis esse suspectum. quanquam enim hoc dogma vniuersaliter pronunciatum, propter naturalem articulorum frigiditatem verum esse perhibetur, cum articulos à frigore lædi omnibus constans, receptumq; sit: attamen in curatrice parte, puto eandem esse de aere & potissimum inspirato atque de vniuersa curandi methodo, de reliquis pręsidiorum materijs, rationem habendam. De cibis quoque, & potibus illud præstat animaduertere, quod cum arthritica vexatio longiora habeat tēpora, videtur ex altera parte exposcere eam vitæ rationem, qua vires in morbi diuturnitate perdurare valeant: ex altera verò parte cum ex fluxione ortum ducat, videtur ita exigere, vt quo tempore fluxio sęuit, attenuantē prorsus, tenuemq; viuendi rationem instituamus. Ita vt in arthritis initio, tum conueniat, tum non conueniat victus tenuis: tum conueniat, tum non conueniat victus plenior. Si enim affectus diuturnitatem respicimus, ita in victu agendum est, vt vires victui perdurare possint. Si verò irruentis fluxionis vrgentiam, ita in viuendi ratione procedendum, vt nulla ratione fluxio augeatur: & proinde vt omnimoda, consumataq; inedia instituatur. nimis enim in methodo curatrice conclamatum est, in reumaticis morbis omninò curandum esse vt victus sub-

Quorundam recentiorum sententia confutata.

De cibis, & potibus.

tra-

trahatur; ne fluxio, incrementa suscipiat. quid ergò de viuendi ratione sentiendum? profectò rem hoc pacto definire non erit iniustum: vt scilicet omninò illa victus ratio instituatur, cum qua ægri perdurare valeant: ita tamen vt quantum fieri minus possit fluxionis augeatur redundantia. Et quoniam iã supra diximus necessarium esse tum purgantibus tum sanguinem vacuantibus, varijsq; medicamentorũ generibus in morbi huius initio certare: oportebit medicum, qui huius ordinis euacuationes tentare audebit, eam curam adhibere, vt viribus ab euacuantibus præsidijs exagitatis, mature, ac sufficienter occurrat, alimenta suppeditet, & eam viuendi rationem instituat, quæ, quantum virium iacturæ succurrere sit potis: tantum propter suam plenitudinem, fluxionem redintegrare non sit potis. Et propterea modo vina penitus interdicet, modo nõ nihil vini concedet. modo carnes, aliaq; optimi, & liberalis alimenti cibaria offeret: modo ab illis abstinebit, vel illorum portionem, vel minimam instituet. De reliquis sex rebus non naturalibus, quæcunque dicenda sunt, his quæ hactenus diximus respondeant, & in primis immodicus labor deuitetur, cum ex Hipp. hic articulis sit intensus, in manifestis abundare ex vsn candidatorum medicinę nõ fuerit. Atq; sic arthritidis curationem in genere, quatenus ad primam partem attinet, hoc est quatenus ad tempus vexationis spectat hęc dicta sufficiãt. Nunc superesset & de Ischiade seorsum verba facere, quod cum à Galeno, non nullisq; antiquorum alijs, tum à multis ex recentioribus factum animaduerto, & de alia curatione, quæ pertinet ad tempus extra vexationem. Nam sic & propositis capitibus satisfacere videremur; & nobis ipsis, immo

De reliquis sex rebus non naturalibus.

Hipp. 5. in sextũ epid. t. c. 10.

verò

verò tractationis exigentiæ occurrere. Quoniam verò ad Iſchiadicam paſſionem, immo verò ad ſingulas arthritidis differentias quod pertinet; videmur exactiſſimè illas explicaſſe, qui profitemur tum ex ijs, quæ in dignoſtica, tum ex ijs, quæ in curatrice continentur, ea doctrinæ ſemina tradidiſſe, quæ ad particulares quaslibet differentias, & cognoſcendas, & curandas ſufficere valeant, propter hanc cauſſam vlteriorem, ſingularemq; ſermonem de Iſchiadica paſſione facere detrectamus.

Curatio Arthritidis extra vexationem. CAP. XXXIII

DE parte verò Curationis, quæ pertinet ad arthritim extra vexationis tempus poſitam, illud ſufficiet dicere illa duo maximè oportere medicum ſibi ante oculos conſtituere, quæ à Galeno, alijsq; poſterioribus tum tradita, tum vſu experimẽtisq; probata ſunt. primum quidem vt pars mandãs fluxionem, ad naturalem conditionem redigatur: parsq; recipiens roboretur, & ſpatia, ſi fieri poſſit, intercludantur. Secundo, vt ſi hæc conſequi nequeamus, ad alias certè ignobiliores corporis regiones: comparatis etiam per artem, ſi fieri id liceat, ſentinis, ipſam reuocemus. Profectò partes mandantes, vel particularia membra ſunt, vel vniuerſum corpus. Siquidem particularia membra ſint, quæ mandent, illa erunt ſananda alterantibus malam partium temperaturam: qua de re non dicimus in præſentia plura; quoniam hoc eſſet de ſingularum partium affectionibus diſputare. iam enim ſupra dictum eſt, nullam ferè eſſe noſtri corporis particulam, quæ, ſi male afficiatur, non facilè poſſit fluxionem ad articulos imbecillos permouere. Si verò vniuerſum corpus fluxionis arthriticę fuerit auctor,

cum

cum Galeno præstabit in Vere, in Autumno, illud euacuantibus expiare, ineptumq; præterea reddere ad fluxiones multiplicandas: quod eo studiosius erit tentandum, quo experientia compertum est quamplurimos gemina corporis euacuatione singulis annis peracta, præseruatos ab arthritide fuisse: eosdemq; toties in eam incidisse, quoties ab annua consuetaque corporis euacuatione abstinuerint. Probant verò singillatim nonnulli particularem materiam purgantis, & varij varia sibi parant tanquam miracula. Illud notatur in frequentibus annuis purgationibus veluti singulare, ac peregregiũ: quod recipit Hermodactylorum alborum à cortice superiori mundatorum: diagridij optimi singul. drac. ij. costi, cymini, gingiberis, cariophyllorum sing. drac. j. trita, & cribellata conficiantur cum syrupo facto ex melle & vino albo inuicem coctis, donec formam syrupi bene cocti recipiant, & fiat electariũ in forma opiatæ. Alij species elect. Elescoph vocati hermodactilis albis à cortice superiore mundatis remiscent, & singulo mense hoc medicamento corpus expurgant. Sunt qui Hyeram simplicem & frequentissimè, & familiarissimè adhibent bis in mense. Ego nonnullis magna cum illorum vtilitate eam mixturam commendaui. Rec. Mechiochan optimi drac. j. Hermodact. vt supra præpar. drac. ij. diagridij, turbit. trocis. alhandal. singulor. drac. j. nucis odoratæ, zinziberis, spicæ, squinanti, masticis, piperis albi, singul. scrupulum medium. Terantur omnia in tenuissimum puluerem: cuius porrigatur singulo mense ad horas quinque ante prandium, bene ieiuno, inaniq; ventriculo scrupulus, paulo plus & minus, pro ęgrotantis idiosyncrasiæ ratione. Quãquam ad me quod attinet longè libentius vtor non pulue-

G. d. l. de cur. rat. per sang. miss. c. 7. & sympl. cãpeg. ad Histor. 9. Galeni l. 9.

Varia purg. medicamentorum materia.

puluere, sed pulueris diluto, seu infuso ex vino, aut iure. sic enim felicius educit, & longè minori cum molestia. Varia describit Aetius deiectoria pharmaca, alioqui arthriticis valdè consentanea: quæ quoniam apud illum potes descripta inuenire, hoc loco libenter prætereo. quo eodem consilio etiam prætermitto quæ Paulus, queq; Alexander ad hunc vsum perscribunt. Illud potius pręstat adnotare, præter purgantia pharmaca, varia deinde adhiberi pręsidia arthritica, quæ intrinsecus, quæq; etiam extrinsecus adhibita consueuerunt peregregiam vtilitatem affectis articulis afferre. Inter cætera interius assumpta, à Paulo probatur compositio Diacorallium appellata. ab Aetio Antidotus Philagrij. Ab alijs alia medicamina, quæ longo vsu, & experientia satis vtilia probata sunt. Atque profectò siquis vel hoc vel illud per annum integrum, cum idonea decentiq; victus ratione adhibeat, nõ difficile intelliget quantam vtilitatem ex ijs præsidijs consequetur. Extrinsecus probari solet ab antiquis oleum vetustum salitum, quo cum articuli blande fricentur. quod maximi faciẽdum esse Aetius inter alios fidem vberrimam facit. Porrò nos recentiores inter externa probamus luta, quęcunq; sulphuris, salis, & bituminis vi præstant: quæ scilicet non modo digerendi aliquantulumq; molliendi, uerum etiam roborandi, excalefaciendi, ac siccandi facultate polleant. Probamus itidem & thermales huius ordinis aquas, quibus quisq; articulos affectos immergat, & in quibus illos detineat, diutius protracto curationis tempore. Inter interna, probare solemus decocta ex china, salsa, ligno guaiaco. Sunt qui etiam sassafras cõmendent: sed usus uidetur docere sassafras nimis liquare humores, nimis

Aet. l.12.c.46.

Paul.l.7. c.de diaceral.
Aet.l.12.c.47.

nis aperire, nimisq; fluxiones iuuare. possit tamen illud reliquis admistum cum aliqua vtilitate administrari: potissimum si non prætermittantur quæ à proprietate articulos iuuent. quare quo tempore decocta porrigimus, dare etiam consueuimus bolos paratos ex iuæ, & ossium humanorum articulorum pulueribus: additis terebenthinæ, & amoniaci portionibus, factisq; inde bolis, quibus alij addunt piperis partem aliquam. Sunt qui etiam boli vice propinent aut Theriacæ aut Mithridaticæ confectionis partem cum portiuncula iuæ & pulueris eorundem ossium. Certè ad preseruationem à vexatione arthritica: immo verò ad sanandam arthritim extra tempus vexationis constitutam innumera cum externa, tum interna comperias, quæ partim ab antiquis, partim à recentioribus excogitata, vtiliter semper adhibentur. Difficultas esse in vsu solet, cum ęgri vel diuturnæ curationis impatientes, flocci faciant etiam quę illis profutura sunt: vel iniucunditatem pharmacorum, & antidotorum perferre nescij, malint à morbi, quam à medicamētorum sęuitia diuexari. Sed de Chirurgico fonte, illud addimus, sanguinis missionem, posse, multis nominibus prodesse, si in corpore adhibeatur, quod sanguine abundet, quodq; arthritim patiatur, quæ à sanguine fauorem recipiat, & incrementum. Locus autem mittendi sanguinem, & quantitas æstimabitur, facta collatione partium affectarum inter se ipsas, & plenitudinis redundantia, & ritè reliquis consideratis, quemadmodum supra dictum est. De fonticulis varia ratione dissentiunt artis magistri. cum enim fonticuli his nostris seculis parum ab articulis distantes affigi soleant, videntur fonticuli hoc nomine suspecti, quod ipsi magis alliciant in

articulos ipsos rheumatismum, ac fluxionem. siue enim supra, siue infra articulum affigantur (vtraq; etenim ratione illorum vsus familiaris est) videtur ipsi articuli hoc afferre incommodi, quod ad ipsum tandem articulnm irruentem fluxionem pertrahãt, & vel consuetum malum augeant: vel consopitum excitent atq; restituant. Ac profectò vidi multos arthriticos deterius habuisse ab ipsorum fonticulorum vsu, qui etiam tandem in tophaceam, atque adeò in immedicabilem arthritidem lapsi sunt. Nescio sit ne mali culpa in fonticulos reijcienda; illud scio non leuem calumniam remedium hoc apud plurimos hoc vno nomine reportasse. Profectò si fonticulis, reliqua quoque præsidia, & in primis consentanea vitæ ratio coniungerentur, neque tanta intemperantia viueretur, haud difficulter eueniret, vt fonticuli, vel deriuata, vel intercepta fluxione, insigni cum emolumento adhiberentur. nũc quoniam, inustis, adapertisque fonticulis, vniuersum curationis, vel præseruationis potius momentum concreditur, & interea ablegatis reliquis prę-sidijs, institutaq; intemperanti victus ratione, nihil quod ad excrementa congerenda conducat omittitur; euenit, vt fonticuli inutile euadant remediũ, & turpissimis elogijs, quod ad hunc morbum attinet à plurimis calumnientur. Esset hic locus late per vniuersam vitæ rationem diuagandi, & ea singula proponendi, quæ arthriticis salutaria, quæq; iterum inimica sunt: verum quoniam hanc cantilenam iam plurimi, sæpius cecinere neq; vllus arthriticus repertus, qui ignoret quæ sibi damnosa, queq; salutaria sunt, pudet in ea vel minimum temporis momentum conterere. Quocirca vela colligens, portumq; iam capiens, huiusce tractationis

pelago

lago emenſo, ingenij mei cimbã, fortè defeſſam, ieti dedam: & bona lectorum venia finem ſcrindi faciam. Iam enim de arthritide argumenm, pro viribus, ad Dei Optimi Maximi glom abſoluimus.

FINIS.

Potiora errata, quæ in hoc libro de Arthritide contigerunt ſic corrigenda.

ag.5.a.lin.15.dat ea,leg.data ea. p.5.a. l.32. auctoribus quatenus.l. toribus arthritim quatenus.p.7.Hic accedit.l.His accedit.p.7.a.18.tue.l.tremore. p.7.a.l.21.præſumuntur.l.præmuntur.p.8.a.l.1.detinendetinent.p.10.a.l.3.quodam.l.quadam.p.10.b.l.11.terra.l.ſerra.p.12. 4.nullam.l.vllam.p.13.a.l.20.rotum.l.notum.p.14.b.l. 6. letargum.l. irgum.p.19.a.l.anteultima nullaq.l.multaq.p.20.a.l.10.illa l.illam.p. b.l.25.26.promere.l.permeare.p.33.a.l.12.attrahere.l.non attrahere.p. b.l.6.quam antecedentis.l.quas antecedentes.p.41.a.l.6.cabiebantur.l. ebantur.p.42.b.l.15.frigidita.l.frigida.p 43.a.l.22.ſprat.l.ſpirat.p.44. 4.paxillo.l.puxillo.p.48.a.l.25.veneni.l.veneri.p.48.b.l.23. iuuenix.l. enis.p.54.a.l.22.Nos.l. Hos.p.55.b.l.19.Non omnino delendum. p.65. 6.decoctis.l.decocta.p.67.a.l.7.& 26.ſal.l.ſalem.p.67.b.l.26.ediunctũ iunctum.p.68.a.l.vltima cheni. l.chænix. p.69.a.l.10.animaduerte.l. maduerti p.70.a.l.28.ad vno.l. ab vno.





PATAVII,

Ex Ædibus Laurentij Pasqu

M. D C I I.

Habita Maiorum Licentia.